



Nr. 10.

IN
BIBLIOTHECA
ILLVSTRIS GYMNASII
QVEDLINBURGENSIS.

Nr. 8.

beta

Sammelband 88



D. BALTHASARIS
CELLARII

Tabellæ

ETHICÆ,
Olim in gratiam audito-
rum suorum conscriptæ,

Nunc verò

In usum studiosæ juven-
tutis typis excusæ;



JENÆ,

Impensis BLASII LOBENSTEINS, Bibliopol. Jenens.

Excudebat JOHANNES NISIUS.

ANNO

M DC LIX.



Index Tabellarum Ethicarum.

- I.
De Constitutione Ethica.
- II.
De Summo Bono.
- III.
De Virtute morali & Vitio in genere.
- IV.
De Affectibus & Actionibus.
- V.
De Invito, Spontaneo & Mixto.
- VI.
De Consultatione, Electione & Voluntate.
- VII.
De Fortitudine & Temperantia.
- VIII.
De Liberalitate & Magnificentia.
- IX.
De Magnanimitate, Modestia & Mansuetudine.
- X.
*De Virtutibus Homileticis, i. e. Comitae s. Humanitate, Veracitate
& Urbanitate.*
- XI.
De Iustitia.
- XII.
De Jure & Æquitate.
- XIII.
De Virtutibus Intellectualibus.
- XIV.
De Virtute Heroica & Semivirtutibus.
- XV.
De Amicitia.

Cùm diversis vicibus Tabellæ prælo fuerint submissæ, ideò præmonendi sunt bibliopecti, ut diligenter hîc adscriptos Tabellis numeros observent, ne in iis compingendis aberrent.

Ethica dividuntur in Dogmaticam et Rationalem. Vid. Philo. Moral. Horn. Boem. 3. q. 1. Radeley introduit. in Philo. Philosoph. tractat Ethicam dogmaticam. orator et poete Rationalem.

TAB. I.

De Constitutione Ethicæ.

Circa *παιδείαν*
f. Constitutio-
nem Ethicæ,
notari debet

- I. **Nomen:** circa quod observanda.
 - 1. **Etyologia.** Dicitur autem Ethica vel *ἠθικὴ*, h. e. à *mōre*, quia circa mores informandos occupatur; vel *ἠθικὴ*, i. e. à *consuetudine*, quia virtus moralis, in cujus tractatione potissimum versatur, consuetudine acquiritur, ut docet Arist. 2. Eth. c. 1.
 - 2. **Synonymia.** Vocatur autem illa philosophiæ practicæ pars, quam nos Ethicam appellamus, ab Arist.
 - 1. *ἠθικὴ*, i. e. disciplina moralis; i. M. Moral. c. 1.
 - 2. *ἠθικὴ πρᾶξις*, tractatio de moribus.
 - 3. *πολιτικὴ ἠθικὴ*, Politicæ, quæ circa mores versatur.
- II. **Definitio.** Est verò Ethica, juxta Aristotelem, *pars Politicæ prior, quæ media ad Summi Boni consecutionem facientia tradit.* Ita enim ait Arist. i. M. M. c. 1. Itaque, ut apparet, Politicæ pars est ac principium tractatio de moribus.
- III. **Objectum,** quod duplex
 - Materiale,** quod homo consideratus in agendo: f. actio humana.
 - Formale,** quod est *S. bonum*. Modus enim considerandi in disciplinis practicis à fine desumitur.
- IV. **Finis,** qui rursus duplex
 - 1. **Generalis,** qui non est *θεωρητικὴ* vel *πρᾶξις* contemplatio f. cognitio, sed *πρᾶξις*, i. e. actio i. Eth. 1. Non, inquit Aristot. 2. Eth. c. 2. præsens tractatio (de moribus) est contemplationis causâ: non enim fit, ut cognoscamus, quid sit virtus, sed ut boni efficiamur. Idem i. M. M. c. 1. Non (de virtute) tantum ut sciamus quid sit, est quærendum, sed illud quoq; investigandum, quibus rationibus paretur. Utrumque enim volumus, & rem posse, & ipsi tales fieri.
 - 2. **Specialis,** qui est *S. Bonum*, quod non est *diversum ab eo, quod intendit Politicæ*: idem enim unius hominis & civitatis bonum, i. Ethic. 1. eademque vita optima, privatim unicuique hominum & publicè civitatibus ac hominibus, 7. Pol. c. 3.
- V. **Media,** quæ ad Summi Boni consecutionem faciunt, quæ sunt *Virtutes*
 - tam *Morales*, ut temperantia, liberalitas, &c.
 - quàm *intellectuales*, ut intelligentia, scientia, sapientia, prudentia, & ars.
- VI. **Methodus.** Non verò *Synthetica* sed *Analytica*, quæ à fine & subjecto ad media progreditur, practicis disciplinis & per consequens etiam Ethicæ convenit.
- VII. **Qui auditor idoneus fuerit?** Talis verò non est, qui affectibus suis obtemperat, sed qui secundum rationem appetitiones & actiones suas moderatur, i. Eth. 1.

Ethica absolute gliderata bene definitur non admittit quædam v. relative hinc inde in respectu ad philosophiam theoreticam, sed totam.

ap. Arist. similis est illi, qui in virtute considerat, quod virtutum moralem est Ethicæ objectum, sed.

In aliditore Ethico requiritur Antea ut possit et velit salubrem rationem affectiones et actiones instituire, hoc ut possit, hoc secundum ad precepta morum addiscenda debet adferre: 1. iudicium sensu et experientia instructum ut inter actiones civiles discernere, et q. honestas q. turpes sint p. se iudicare possit. 2. ut eo tunc accedat ut precepta Ethica in vitam transferre velit. 3. animi quietem fieri p. privis affectionibus liberam reddere, ut expressis virtutibus tibi pateat adhibere. Requirunt ergo Ethicæ à doctrina hæc non p. se solam, sed et p. se et alios quosquing qui hinc tibi non instruiti Academiam hanc ingredi conantur, impediunt autem p. se, ut qui (1) p. statum virtutis p. se, si hæc precepta exprimere nequeant. 2. animi perturbationes in hac rebus sunt frequentissimæ, quæ impediunt quænam fructum rerum hinc p. se consequantur. si q. reid sunt vel addeperant vel p. se hinc affectibus ea, cni, qui vitam morum elegantiam experiant cupiunt, sic vel imprimis hæc disciplina est adhibenda, sortante Horat. l. 1. Epist.

*Nunc accipe quæ
Pectore vola p. se nunc te melioribus offer.
Eo semel est imbuta reuere servabit odorem
Tasta diu.*

B

TAB. II.

Circa S. Bonum notari debet

I. Nomen, de quo rursus notanda

II. Res ipsa; ubi considerari oportet de S.B.

- I. *Homonymia*. Accipitur autem S. Bonum
- 1. Pro ultimo fine simpliciter, qui est Deus, ut docet Arist. 12. Metaph. c. ult. ubi & τὸ ἀριστον s. optimum vocatur.
 - 2. Pro ultimo actionum humanarum fine. Et hoc modo in presenti sumitur.
 - 1. Εὐδαιμονία s. felicitas, 1. Eth. 2. ubi Arist. ait: De nomine inter omnes ferè constat: nam & multi, (i.e. indocti, seu rude vulgus) & elegantes (i.e. qui supra vulgus sapiunt, seu eleganter docti sunt) Εὐδαιμονίαν, i.e. felicitatem appellant: & felicem esse idem esse, quod bene vivere beneque agere opinantur.
- II. *Synonymia*. Dicitur autem S. Bonum
- 2. Μακάριον seu Beatitudo, propter gaudium, quod S. Bonum comitatur: unde & μακάριον s. beatum à χαίρειν à gaudendo nominarunt, 6. Eudem. II.
 - 3. Εὐζωία, Bona Vita
 - 4. Εὐπραγία, Bona Actio
- Ita enim Arist. 1. Eth. c. 8. consentit cum ratione hac illud quod ajunt, bene vivere ac bene agere felicem. Ferè enim bona vita & bona actio Felicitas dicitur.
- 5. Τὸ ἀγαθὸν ipsum bonum, 1. M. M. 1. 1. Eud. c. 8. Unde etiam 1. priorum analyt. c. 40. tale inter ἀγαθὸν & τὸ ἀγαθὸν statuitur discrimen, ut duo distincti inde in Syllogismo fiant termini.
- III. *Significatio*. Significatur autem Summo Bono finis actionum humanarum ultimus. Cum enim omnis finis natura bonus sit, 2. Eudem. 10. ultimum finem optimum seu summum bonum esse necesse est.
- 1. An sit? Nisi autem esset Summum B. seu ultimus actionum humanarum finis, in infinitum fieret progressus, vanusque & inanis appetitus noster esset, ait Arist. 1. Eth. 1.
 - 1. Ut propter se & non propter aliud expetatur. 1. Eth. 5.
 - 2. *Conditiones* ejus. Requiritur autem ad S. Bonum
 - 2. Ut inter humana bona sit optimum & præstantissimum, 1. Eud. c. 7.
 - 3. Ut proprium quoddam sit, quod auferri facile nequeat, 1. Eth. c. 3.
 - 4. Ut sit bonum sufficiens. Sufficiens verò ait Arist. 1. Eth. c. 5. id esse statuimus, quod si solum relinquatur, vitam expetibilem, nulliusque rei indigam facit.
 - 3. *In quo consistat?* Non verò consistit
 - 1. In voluptatibus corporis, quia istæ homini cum brutis sunt communes: S. autem B. est hominum bonum. 1. Eth. c. 3.
 - 2. In Honore, Honor enim non est proprium quoddam bonum honorati, & auferri facile potest, 1. Eth. 3.
 - 3. In divitiis, 1. Eth. 3. alterius enim causa istæ comparantur l. d.
 - 4. In virtutis habitu, 1. Eth. 9. Virtus enim non propter se, sed propter actionem expetitur l. d.
 - 5. In idea boni communis 1. Eth. 4. Talis enim non datur: Sed
 - 6. In actione anime rationalis secundum virtutem perfectam, 1. Eth. 6.
 - 4. *Quid sit?* Est verò Summum B. seu felicitas actio anime rationalis, secundum virtutem perfectam in vita perfecta, ut constat ex 1. Eth. 6. & 2. Eud. c. 1. Dicitur autem 1. operatio anime rationalis, ut ostendatur Summi Boni non esse capacia ea, quæ ratione destituta sunt, ut Bos, Asinus, Equus, 1. Eth. 10. 1. Eud. 7. Dicitur 2. secundum virtutem perfectam, ut ostendatur omnium virtutum tam Moralium, quàm Intellectualium (quas perfectæ virtutis nomine h. l. Aristotelem intelligere probabile est) complexum ad perfectam felicitatem requiri. Dicitur 3. in vita perfecta; ut ostendatur felicitatem civilem non cadere (1.) in mortuos, 1. Eth. II. nec (2.) in pueros, 1. Eth. 10.
 - Theoreticum, quod est operatio anime rationalis secundum virtutem perfectam intellectualem (hoc est, sapientiam) in vita perfecta.
 - Practicum, quod est operatio anime rationalis secundum perfectam virtutem moralem (quæ est Justitia universalis 5. Eth. 3.) in vita perfecta.
 - 5. *Distinctio*. Distinguitur verò in
 - 6. *Subjectum*, quod est anima. Intelligenda autem h. l. non tantum illa anime pars, quæ rationis particeps, hoc est, intellectus & voluntas, verum etiam illa, quæ rationis expers est, non quoniam ea, quæ nullo modo rationis particeps fieri potest, qualis est vegetativa: sed quæ quodammodo rationis particeps fieri potest, quæ scilicet ipsam audit eique obtemperat, cujusmodi est appetitus sensitivus, 1. Eth. c. ult.

Ad virtutem moralem requiritur ut adfit gñctudo, hinc n. acty non solum aliqui facti felicem sed requiritur
ut aliquoties acty virtutem exerceatur.

TAB. III. De Virtute Morali & vitio in genere.

Nam dicitur quod si sepe,
ut si alio quocumque
reus sit, tunc id est illi
sicut si sit voluntas
sicut ad virtutem bonam
dirigitur.

Circá virtutem moralem notari debet

- I. *Nomen.* Dicitur autem Virtus Moralis, quia consuetudine acquiritur, 2. Eth. 1.
- II. *Efficiens.* Quod non est Natura, cum naturá nemo bonus sit (habitualiter) 2. Eth. 4. Sed actio recta rationi consentanea: Agendo enim quæ ad commercia hominum spectant, alii iusti, alii iniusti efficiamur, ait Arist. 2. Eth. 1. Neque obstat Arist. quando 6. Eth. c. ult. virtutem naturalem appellat.
- III. *Finis,* qui duplex: *Proximus,* qui est operatio recta s. iuxta virtutem, 1. M. M. c. 3 & 4. 2. Eud. 1. *Remotus* s. ultimus, qui est beatitudo hominis, ad quam omnes virtutes referuntur.
- IV. *Subiectum.* Quod est potentia animæ, non quidem ea, quæ prorsus est irrationalis: Nempe ea, quæ per essentiam est rationalis h. e. intellectus, sed ea, quæ per participationem est rationalis, h. e. Appetitus, cujus tres dicuntur esse species, ab Aristot. 1. M. M. c. 13. *Cupiditas* h. e. Appetitus concupiscibilis: *Ira,* h. e. appetitus Irascibilis, & *voluntas,* quæ alias appetitus intellectivus, item rationalis vocatur.
- V. *Objectum.* Quod sunt Affectus & Actiones, 2. Eth. 5. & 3. Eth. 1. & quidem medium admittentes. Non enim omnis actio, omnisque affectus mediocritatem admittit: Nonnulli enim sunt affectus, qui statim vel ipso nomine cum pravitate implicantur, ut: Malevolentia, Impudentia, invidia, &c. item actiones, ut adulterium, furtum, homicidium: omnia enim hæc & huiusmodi ita appellantur, quia non excessus eorum, aut defectus, sed ipsa mala sunt, ut nullo modo possit quispiam in illis recte agere, sed peccare semper necesse sit, neque bene aut non bene se gerat, dum quando & quomodo oportet, adulterium committit, sed dum absolutè unumquodque horum facit, continuò peccet, ait Arist. 2. Eth. 6.
- VI. *Forma,* Quæ est cum recta ratione conformitas s. mediocritas: Substantiam enim virtutis & rationem, quæ quid sit res exponit, mediocritatem esse, dicit Aristotel. 2. Eth. c. 6. Ubi tamen notandum, mediū duplex apud Arist. 2. Eth. 5. constitui: 1. *Rei,* quod ab utroque extremorum æquè distat, estque unum & idem apud omnes, quale est inter duo & decem numerus senarius: Vocatur id quoque medium secundum proportionem Arithmeticam l. d. 2. *Quoad nos,* quod à recta ratione determinatur & pro varietate circumstantiarum variat: Non enim si alicui decem minas comedere multum est, duas parum, sex ei aliquis comedendas præcipiet; nam fortasse id quoque ei, qui sumpturus est, erit vel nimium vel parum l. d. Vocatur aliàs id medium secundum proportionem Geometricam.
- VII. *Signum virtutis acquisita,* Signum autem habituum est vel voluptas, vel dolor, qui facta subsequitur. Nam qui à corporis voluptatibus abstinere, si eo ipso gaudet, temperans, si dolet, intemperans est existimandus, &c. Arist. 2. Eth. 2.
- VIII. *Definitio.* Est verò Virtus Moralis habitus electivus in mediocritate, quæ ad nos, & à recta ratione determinatur, consistens, seu ut vir prudens eam determinaverit, 2. Eth. 6. et 1. M. M. c. 24.
- IX. *Species,* Quæ sunt 1. Fortitudo, 2. Temperantia, 3. Liberalitas, 4. Magnificencia, 5. Magnanimitas, 6. Modestia, 7. Mansuetudo, 8. Veracitas, 9. Urbanitas, 10. Humanitas s. affabilitas, 11. Iustitia, 2. Eth. 7.
- X. *Oppositum,* quod est vitium morale, de quo notanda sequentia:
 - I. *Synonymia.* Apellatur autem vitium Extremum seu Extremitas; quo nomine tam excessus quam defectus designatur. Neque obstat, quod & virtus ratione perfectionis extremitas appellatur apud Arist. 2. Eth. 6.
 - II. *Efficiens.* Quæ rursus non est Natura, cum uti nec boni, ita nec mali naturá efficiamur, 2. Eth. 4. Sed actio à recta ratione discrepans, 2. Eth. 1.
 - III. *Finis.* Qui est operatio rectæ rationi disconveniens.
 - IV. *Subiectum.* Quod coincidit cum subiecto virtutis moralis.
 - V. *Objectum.* Quod rursus cum objecto virtutis moralis coincidit, similiter circa actiones est excessus & defectus & medium: At virtus circa affectus actionesque versatur, in quibus excessus peccat, defectus vituperatur; medium verò laudem & rectam executionem consequitur, ait Arist. 2. Eth. 5.
 - VI. *Forma.* Quæ est aberratio à mediocritate seu privatio rectitudinis, quæ habitu ad esse debet. Unde formale vitii h. e. id, quo à virtute differt, non positivum, sed privativum esse, manifestum est.
 - VII. *Signum vitii acquisiti.* Quod rursus dolor est vel voluptas, 2. Eth. 2.
 - VIII. *Definitio.* Est verò vitium habitus electivus à mediocritate aberrans.
 - IX. *Distinctio.* Inter vitia enim aliud est habitus à Mediocritate excedendo aberrans, qui excessus vocatur, aliud est habitus à mediocritate excedendo aberrans, & defectus vocatur. Aliquando tamen, ubi una datur actio, quæ plus & minus in se continet simul, excessus & defectus unus tantum est habitus vitiosus v. g. iniustitia.
 - X. *Oppositio.* Non tantum autem virtuti opponuntur extrema s. vitia, verum etiam illa sibi invicem & quidem magis; cum longius à se invicem, quam à medio distent, opponuntur, 2. Eth. 8.

C

TAB. IV.

Circā virtutis moralis objectum, quod sunt affectus & actiones, in specie notanda sequentia, & quidem

I. De
Affectibus

I. *Quid sint s. Definitio.* Sunt verò affectus nihil aliud, quàm motus appetitus sensitivi, orti ob imaginationem boni vel mali.

II. *Numerus.* Numerantur a Scholasticis *Undecim*, inter quos 1. *Amor*, qui nihil est aliud, quàm actualis quædam propensio appetitus in bonum absolute æstimatum quat. conveniens. 2. *Odiū*, quod est alienatio quædam appetitus erga id, quod æstimatur ut noxium adeoque malum. 3. *Concupiscentia* sive desiderium, quod est appetitio boni ut futuri & nondum acquisiti. 4. *Abominatio*, quæ est fuga mali futuri. 5. *Delectatio*, quæ est voluptas, è bono acquisito quæ percipitur. 6. *Dolor*, s. Tristitia, quæ est perceptio mali præsentis sensibus ingrati. 7. *Spes*, quæ est appetitio boni futuri, ardui quidam ad obtinendum, at possibilis tamen. 8. *Desperatio*, quæ est modus, quo appetitus rem aliquam arduam æstimatam ut impossibilem refugit. 9. *Audacia* s. confidentia, quæ est modus, quo neglecto imminentis mali periculo opus arduum aggredimur, ut bonum speratum obtineamus. 10. *Timor*, qui est perturbatio quædam ex imaginatione futuri mali corruptivi aut dolorem inferentis. 2. Rhet. 5. 11. *Ira*, quæ est appetitio vindictæ cum dolore propter apparentem immeritò vel in se vel in suos contemptum, 1. Rhet. c. 2.

III. *Subjectum*, quod est appetitus sensitivus tam concupiscibilis, quàm irascibilis.

IV. *Distinctio.* Inter affectus enim 1. alii medium actu non quidem in se continent, admittere tamen possunt, cujusmodi sunt omnes undecim modò enumerati, prout sunt affectus, de quibus intelligendus est Aristoteles 2. Eth. c. 4. inquit: *Ex affectibus neq. boni neq. mali dicimur, neq. ex illis laudari aut vituperari cōsuevimus: non enim qui timet, aut irascitur, laudatur, neq. qui irascitur, absolute vituperatur, sed qui quodammodo afficitur:* 2. alii nec continent actu, nec admittere possunt, quales sunt malevolentia, invidia, impudètia, aliiq; qui statim cum nomine ipso pravitatem implicant, de quibus loquitur Aristot. 2. Eth. 6. Et propter hos vituperantur homines. 3. Alii mediū actu continent, ut verecundia, quæ proinde affectus est laudabilis, 2. Eth. 6.

I. *Quid sint s. Definitio.* Sunt v. actiones motus provenientes ab agente libero, quatenus liberè operatur, seu qui procedunt à voluntate & ratione humanà. Aliàs dicuntur actiones Morales hominique sunt propriæ, de quibus intelligendus Aristoteles 1. M. M. c. 12. inquit: *Neq. inanimatum ullum agere dicimus, neq. etiam animatum præter hominem. Manifestum igitur est actionum hominem esse progenitorem.*

II. *Distinctiones.* Inter actus enim voluntatis 1. alii sunt interni *felicitati*, qui ab ipsa voluntate immediatè procedunt & eliciuntur, quales sunt v. g. velle, nolle, intentio, electio &c. alii externi *s. imperati*, quales sunt actus aliarum potentialium, quæ imperio voluntatis subsunt, ut progredi, manus movere, ipse quæ quoque actus intellectus, quoniam ipsi voluntati est extrinsecus. 2. alii moraliter *boni*, qui nimirum rectæ rationi & legi consentaneï sunt, v. g. pauperè juvare, pro patria fortiter pugnare. *Est autè ex recta ratione agere, cum animæ pars irrationalis non prohibet rationale suam actionè exercere,* ait Aristot. 2. M. M. c. 10. Vocantur aliàs actiones honestæ: alii moraliter *mali*, qui à recta ratione & lege discrepant, quales sunt v. g. pauperè opprimere, patriâ prodere, furari, adulterium committere. Tales actiones vocantur aliàs inhonestæ ab Aristotele 2. Eth. 6. mediū nō admittetes.

III. *Formale sive Ratio formalis* bonitatis moralis, quæ consistit in conformitate cum recta ratione & lege, sive perfectione adesse debita.

IV. *Formale s. ratio formalis* malitiæ moralis, quæ est discrepantia à recta ratione, seu privatio alicujus perfectionis adesse debita.

II. De
Actionibus

V. *Unde actio Moralis bonitatem suam accipiat?* Accipit verò illa primam & præcipuam ex objecto, aliquam tamen etiam ex fine aliisque circumstantiis, quæ quasi accidentia actionis sunt, accipit. Ut enim actio simpliciter bona sit, non sufficit objecti bonitas, sed necesse insuper est, circumstantias tales esse. Hinc actio illa, quæ quidem ratione objecti bona, ratione verò finis mala, aut contrà, simpliciter bona non est.

VI. *Unde actio moralis malitiam suam accipiat?* Accipit verò rursus primam & præcipuam ex objecto, ita tamen, ut etiam aliquam ex fine aliisque circumstantiis acquirat. Hinc nō tantum illa mala censenda, cujus objectum, finis aliæq; circumstantiæ malæ, qualis v. g. est sacrilegiū, eo fine, ut stuprum committi queat, susceptum; verum etiam illa, cujus objectum quidem bonum, finis verò aut alia circumstantia mala, ut dare pauperi aliquid vanæ ostentationis gratiæ; item, cujus finis quidem bonus, objectum verò malum, ut furari, ut pauperi dare possis. Ex quo quoque intelligitur actionem quandam quoad substantiam, ut vocant, actus v. g. ratione objecti, bonam esse posse, ita tamen ut bona non sit, sed mala.

VII. *Unde actio Moralis speciem suam sumat?* Sumit verò eam ab objecto, quod ad actionem non aliter, quàm forma ad rem naturalem se habet. Uti autem forma dat illi speciem; ita objectum actioni. Ratione itaque objecti liberalitas & Temperantia, ut & furtum & homicidium distinguuntur.

De principiis actionum, quæ sunt Spontaneum, (cui opponitur invitum) Electio, Consultatio & voluntas, notetur in specie

I. De Invito, quid sit. Est verò invitum quod per vim aut ignorantiam fit, 3. Eth. c. i. ubi observetur

1. *Quid violentum seu violenta actio.* Est verò violentum, cuius principium extrinsecum ejusmodi est, ut nihil conferat ad id, quod agit aut patitur, ut si quem ventus aliquò abripiat, 3. Eth. c. i. vel ut habetur eodem cap. in fine: cuius principium est extrinsecum, nihilq; confert ad id, quod cogitur. Ubi notetur 1. nò tantum id pro principio extrinsecum hoc l. habendum esse, quod ratione loci extra id, quod cogi dicitur, positum est, verum etiam omne illud, quod movet contra inclinationem vel impetum alicujus internum. 2. Duobus modis aliquem ad actionem aliquid conferre posse, 1. ut *causam principalem*, quomodo is, qui cogitur, nec agit, nec ad actionem quicquam confert. 2. ut *causam instrumentalem s. instrumentum*, quo causa principalis in agendo utitur, quomodo v. g. agit Sempronius cum Titius arrepta ejus manu alteri alapanam impingit. Et hoc modo etiam is, qui cogitur, aliquid ad actionem conferre potest. 3. Quæ ob voluptatem peraguntur, minimè violenta esse, ac perineptum esse, si quis dicat, à voluptate se coactum esse, ut amici uxorem corrumpere, 1. M. M. cap. 16. quia (1.) talia non sunt conjuncta cum dolore & molestia, quæ tamen violentam actionem perpetuò comitantur, docente Aristot. 3. Eth. 1. & 3. & 1. M. M. c. 3. & 2. Eud. 7. & 8. (2.) hoc pacto omnia, quæ agimus, essent violenta.
2. *Quid sit invitum, seu actio invitæ per ignorantiam.* Est verò talis, quando ejus, quod agitur, aliqua circumstantia ignoratur, ita tamen ut agens hujus ignorantie sibi causa non sit, & dolore afficiatur.
3. *Quoruplex ignorantia.* Est autem ignorantia 1. cuius aliquis sibi non est causa, seu cuius principium non est penes ignorantem, qualis v. g. est penes ignorantem ea, quæ nec scire potest, nec scire tenetur. Vocatur aliàs ignorantia voluntatem antecedens; item invincibilis. Et hæc facit actionem invitam & excusat simpliciter; 2. cuius aliquis sibi causa est, seu cuius principium penes ignorantem est, qualis v. g. est in ebrio ignorante quid agat; in ipso enim qui inebriatur principium est, cum sui quisquam in eo dominus sit, ut non inebrietur, id quod ignorantie est causa, ait Arist. 3. Eth. c. 7. item penes eum, qui ex habitu mala agit, ut qui, quid agendum, & à quibus abstinendum, ignorat, 3. Eth. 2. Vocatur aliàs ignorantia voluntatem consequens, item vincibilis, actionemque invitam non facit, neque simpliciter excusat. *Unusquisq; pravus quid agendum, à quibusq; abstinendum sit, ignorat, abq; hujusmodi peccatum injusti & omnino mali homines efficiuntur. Invitus ergo dici debet, non si quis ignorat id, quod conducit: non enim ignorantia, quæ in electione consistit, inviti causa est sed pravitas, ait Arist. 3. Eth. c. 1. Item ob ignorantiam puniunt, si sibi ipsi ignorantie causa quispiam fuisse videatur, & c. ait Arist. 3. Eth. c. 5. 3. quam dolor subsequitur, qualis v. g. esset penes illum, qui hostem interfectorum fratrem interfecisset, & hujusmodi ignorantia, modo aliquis sibi non causa fuerit, actionem invitam facit, & excusat. 4. quam dolor non subsequitur, qualis v. g. esset penes illum, qui interfectorum leporem, interficeret hostem, quem aliàs esset interfectorum, si sibi eum esse scivisset. Vocatur aliàs ignorantia voluntatem concomitans, & nec actionem simpliciter facit invitam, nec simpliciter excusat. 5. *Universalium*, cum nimirum quis in genere, quæ recta aut prava sunt, ignorat, & hæc uti coincidit cum vincibili, ita uti illa actionem invitam non facit, nec excusat. 3. Eth. c. 2. 6. *Particularium*, s. circa singularia, cum nimirum aliquis ignorat, in quibus & circa quæ actio existit, 3. Eth. c. 2. hoc est, actionis unam vel alteram circumstantiam. Sunt a juxta Aristotelem l. d. *actionis circumstantia* (1.) *Quis*: quâ voce notatur agens vel persona: juxta Scholasticos, qualitas est status personæ, v. g. an miles an rusticus fecerit, an laicus, an clericus. (2.) *Quid*: quâ voce notatur ipsa actio, v. g. cum quis athenam, quæ talia esse ignoraret, propalaret. (3.) *Circa quid*: quâ notatur Materia seu objectum actus, v. g. cum quis filium interficeret, quem hostem esse putaret. (4.) *In Quo*: quâ notatur tempus & locus, v. g. cum quis in judicium vocatus non comparet, ignorans eo die judicium haberi, aut in urbe munita noctu tela emittit, ignorans non licere. (5.) *Quo*: quâ notatur instrumentum, v. g. cum quis aliquem gladio vulneraret, quem veneno infectum fuisse ignoraret. (6.) *cujus gratia*: quâ notatur finis, vel potius consecutio finis, v. g. si virgo quædam cuidam adolescenti philtrum, ejus ut amorem sibi conciliaret, propinaret, & præter opinionem enecaret, quale exemplum habetur 1. M. M. c. 17. (7.) *Quomodo*: quâ notatur modus agendi, v. g. cum quis digladiator antagonistam leviter percutere intendens, lethaliter vulnerat. Et hujusmodi ignorantia facere potest actionem invitam, eamq; excusare. *In his*, ait Arist. 3. Eth. 7. *et misericordia et venia locum habet, nam qui horum aliquid ignorat, is sanè invitus agit.* 7. *Juris*; sicut autem jus aliud est naturale, aliud positivum, quod 5. Eth. 10 legitimum appellatur: ita ignorantia alia est *juris naturalis*, cum quis ea, quæ naturæ sunt, ignorat, v. g. latrocinium esse illicitum; alia *juris positivi*, cum quis ignorat aliud, quod lege humanam determinatum, v. g. si quis ad testamentum duos tantum testes adhibuisset, igno-*

A

B rans Juxta legem requiri septem. Uti a. prior prorsus non excusat, ita nec posterior, si nimis crassa fuerit, excusatione meretur. Eos, ait Arist. 3. Eth. c. 7. puniunt, qui aliquid eorum ignorant, quæ ad leges pertinent, quæ quidem & sciri debeant, & difficilia non sint, simili modo etiam in aliis quæcunque ignorare per negligentiam videntur, & c. 8. Facti, cum quis ignorat id, quod contingit, v. g. cum quis ignorat eum esse mortuum, cujus heres sit.

II. De Spontaneo, quid sit. Est verò Spontaneum seu actio spontanea, cujus principium est in agente & singula, in quibus actio est, cognoscuntur. 3. Eth. c. 3. Hæc ipsa a. sciētia circumstantiarū applicata ad nostros actus in particulari, seu quod idem est, iudicium intellectus homini præscribens, quid in hoc vel illo casu faciendum vel non faciendum, vocatur conscientia: est quæ vel

1. *Recta*, quæ id faciendum aut omittendum dicitur, quod omnino faciendum aut omittendum est juxta legem Naturæ aut Divinam & juxta hanc quicumque agit, rectè agit, contra eam verò qui agit, peccat.
2. *Erronea*, quæ dicitur id faciendum, quod faciendum non est, aut contra, aut ejus, quod de se indifferens, oppositum malum & propterea fugiendum iudicat. Ubi si error est de re per se mala, v. g. si quis apud Judæos existimaret, se Christianum datâ occasione defraudare, aut illius uxorem corrumpere teneri, peccat tam qui contra, quàm qui juxta eam agit. Ubi verò error est de re indifferenti, qualis v. g. est, si quidam Judæorum existimat vi legis divinæ carne suillâ vesci sibi non licere, non peccat qui juxta eam agit; peccat verò qui contra eam agit.
3. *Probabilis*, quæ iudicat ob rationem non quidem penitus certam, attamen non contemnendam, hoc potius, quàm illud faciendum, aut non faciendum esse, Et juxta hanc qui agit, rectè facit, sicuti peccat, contra eam qui facit.
4. *Dubia*, quæ est quando intellectus neutri contradictionis parti cum iudicandum est, utrum actio sit licita vel non, assentitur, v. g. si quis dubitaret, utrum liceret missæ Pontificiæ interesse, aut genua coram imagine Mariæ flectere. Et ex hac quicumque agit, quia periculo peccandi se exponit, peccat.

III. De Mixto, quid sit. Est verò mixta actio, cum majoris mali evitandi causâ aliquid agitur, quod aliàs nunquâ ageretur, v. g. cum quis tempestate maris adactus, ut vitâ conservet, merces in mare projicit. Dicitur autem hujusmodi actio mixta, quia partim est spontanea, cum eligatur eo tempore, quo agitur, principiumque quoad partes instrumentarias sit in ipso agente; partim invita, cum tale quid agere, per se, hoc est, absque illis circumstantiis, nemo eligeret, 3. Eth. c. 1. Inter mixtas autem actiones aliæ laudem merentur, quando nimirum ob res magnas & honestas indecens aliquid committitur, ut si quis autoritate pollens jussus à tyranno, ut liberos suos è captivitate redimeret, stolâ muliebri indutus in forum progrediretur: Aliæ vituperium, quando nimirum ob res parvi momenti indecens aliquid committitur: Aliæ veniam, cum scilicet propter maximos cruciatus & dolores indecens aliquid committitur, v. g. amicus proditur: Aliæ nec laudem, nec veniam, cum nimirum ob malum aliquod evitandum, aliquid inhonesti committitur, v. g. si quis vitæ retinendæ ergo homicidium vel stuprum committeret.

In specie notetur

I. De Electione

I. *Quid non sit.* Non autem I. planè idem est cum spontaneo: Ut quod latius patet, cum & pueri sponte agant, eaq; quæ ex improvise fiunt spontanea sunt, quæ tñ. nequaquam ex electione facta dici possunt, 3. Eth. 4. Hinc & Legislatores id, quod sponte, & id, quod ex electione fit, ut diversa definiunt, minoresq; iis, quæ sponte fiunt, quam illis, quæ ex electione fiunt, poenas decernunt, ait Arist. 1. M. M. c. 18. Nec II. est cupiditas: i. e. actus appetitus concupiscibilis, cum 1. talis etiam brutis competat, quibus tamen non competit electio. 2. electioni adversetur. Nec III. Ira h. e. actus secundus appetitus irascibilis: cum 1. talis rursus etiam competat brutis. 2. electioni maximè repugnet. Nec IV. voluntas, cum voluntas (1.) sit impossibilem (2.) etiam eorum, quæ ab eo, qui vult, agi nequeunt, (3.) finis, quorum tamen electio non est. Nec V. opinio, cum ista versetur circa omnia, etiam æterna & quæ fieri nequeunt, circa quæ non versatur electio, Arist. l. d.

II. *Quid sit.* Est verò electio appetitio earum rerum, quæ in nostra potestate sunt, ex consultatione proveniens, 3. Eth. 5. & 6. Eth. 2.

III. *Objectum.* Sunt vero eligibilia media ad finem & quidem talia, quæ sunt possibilis & per nos fieri queunt, 3. Eth. c. 4. Non verò cadunt sub electionem 1. fines, q̄t nim. fines sunt, 2. quæ per nos agi nequeunt, 3. quæ impossibilia sunt l. d. quæ nimirum existimantur impossibilia.

IV. *Subiectum,* quod est voluntas. Est enim actus voluntatis; (unde & vocatur ab Aristotele appetitio) ita tamen, ut connotet quoque rationem consultantem.

II. De Consultatione

I. *Quid sit.* Est verò Consultatio inquisitio intellectus circa contingencia agibilia, i. e. inquisitio mediorum ad finem nobis acquisitu possibilem adducentium.

II. *Subiectum,* quod est intellectus. Est enim actus intellectus, ita tamen ut etiam habeat ordinem ad voluntatem, à qua movetur.

III. *Objectum.* Consultamus autem de mediis & quidem iis, quæ in nostra potestate sunt, vel ad nos spectant, & aliquo modo dubia sunt & incerta, 3. Eth. c. 5. De magnis verò ubi consultandum, conducit alios quoq; in cōsiliū adhibere. *Ad res magnas consiliarios etiam adhibere consuevimus, nobis ipsis dissidentes, quasi sufficere ad discernendū soli nequeamus,* ait Arist. 3. Eth. 5. Talia a. in *Repub. fere quinq; sunt, de quibus consultant, 1. de comparandis pecuniis. 2. de bello & pace. 3. de custodia regionis. 4. de iis, quæ importantur & exportantur. 5. de legibus ferendis,* ut docet Arist. 1. Reth. c. 4. Non itaq; consultamus 1. de æternis aliisq; quæ eodem modo semper fiunt, i. e. rebus necessariis, quæ nō substant actioni vel effectiōni humanæ, l. d. Nec 2. de contingentiis, quæ in nostra nō sunt potestate, v. g. nemo consultat de siccitate aut pluvia l. d. Nec 3. de fortuitis, v. g. de thesauri inventione. Nec 4. de iis, quæ iam determinata sunt ab arte, v. g. Nemo deliberat quemadmodum sit scribendum nomen Archiclis, ait Arist. 1. M. M. c. 18. Nec 5. de præteritis: Non enim consultat quispiam de eo, quod factum est, sed de eo, quod futurum est, esseq; aliter potest; quod a. factum est, quin factum sit, fieri nullo modo potest, ait Arist. 6. Eth. 2. Nec 6. de singularibus, quæ per sensum manifesta sunt, v. g. nemo consultat, an hoc panis sit, & c. 3. Eth. 5. Nec 7. de iis, quæ ad nos non spectant: nemo enim v. g. ex Lacedæmoniis consultat, quomodo Scythæ optimè Rempubl. administrare possint. Nec 8. de finibus, q̄t. nimirum fines sunt. *Neq; enim medicus, an sanare, neq; orator, an persuadere, neq; Politicus, an benè legibus institutam patriam reddere debeant, neq; alius quispiam de fine consultat: sed omnes, cum finem quendam statuerint, quomodo ac per quæ evenire is possit, deliberant, si quis per plura fieri posse videtur, per quodnam facillimè atq; optimè fieri queat, considerant,* ait Arist. l. d.

III. De Voluntate

I. *Diversa acceptio,* Accipitur autem voluntas 1. pro ipsa potentia, cujus duo sunt actus, quorum unus est velle sive appetere, amare vel prosequi; alter verò est nolle, odisse s. fugere. 2. pro actu secundo prosecutionis & appetere, qui opponitur actui odii vel fugæ. Et hæc posterior hujus loci est.

II. *Definitio.* Est verò voluntas boni cum ratione appetitio.

III. *Objectum,* quod tantum est bonum sive jam reverà tale, sive tantum apparens fuerit, sub ratione boni, nequaquam verò malum sub ratione mali. Cum itaque boni rationem habere possint 1. impossibilia, quæ cognoscuntur, esse impossibilia, 2. ea quoque, quæ per alios fiunt, 3. fines; inde sub voluntatem talia cadere, docet Aristot. 3. Eth. 4. cumque ratio boni in solo fine absolutè reperiatur, in mediis verò non nisi per respectum ad finem, hinc magis finis dicitur esse voluntas, l. d. & c. 6.

IV. *Distinctio.* Est autem voluntas alia efficax, quæ res non tantum secundum se, sed etiam ut acquirenda vel facienda appetitur vel amatur, qualis tantum est possibilem vel impossibilem, quæ existimantur esse possibilis; alia inefficax s. complacentia, quæ res quidem secundum se, sine ulla tamen cogitatione efficiendi vel consequendi, appetitur vel amatur: Et hujusmodi etiam est impossibilem, quæ impossibilia esse existimantur, v. g. si post flagitium commissum aliquis se non peccasse velit.

*Fortitudo Civilis differt à vera fortitudine 1. cū effidente. 2. cū finali.
 Militaris. 1. cū officio. 2. finali.
 Ignorantia 1. cū officio. 2. cū finali.
 Fortitudo 1. virtus est ab ea re, q̄ non causat bonitatem sed exterris adpiliit virtutis.
 Infortitudo differt, quod sine glorio pericula adeat. 2. q̄ confatur non fit. 3. quod ignominiam honestati p̄ferat.*

TAB. VII.

De Fortitudine & Temperantia.

In spei notari debet,

I. Homonymia, sive diversa acceptio. Accipitur a. FORTITUDO

1. *Pro civili*, quæ est, cum cives tum ob multas & opprobria, tum ob honores legibus constitutos pericula subeunt, 3. Eth. 11. quod etiam referri possunt, qui ab imperatoribus coguntur adire mortis periculum, verberibus compulsi, aut inter hostem & fossam constituti, l. d.
2. *Pro militari*, quæ propter experientiam existit, qualis est penes milites, qui experientia edocti hujusmodi in loco vel tempore vel rebus ita se habentibus fieri non posse, ut malum subeant, talia non metuunt, quæ alius hujus rei ignarus omnino metuenda ducit, l. c. & 1. M. M. c. 21.
3. *Pro ea*, quæ est propter iram, qualis est penes illos, qui irâ concitati pericula magna adeunt, l. d.
4. *Pro ea*, quæ est propter spem, qualis est penes illos, qui propterea quod sæpe & multos vicerunt, animo confidenti sunt. l. d.
5. *Pro ea*, quæ est ob ignorantiam, qualis est penes illos, qui non metuunt pericula, propterea quod ignorant, l. d.
6. *Pro virtute morali*, quæ circa metum & confidentiam occupata est. Et hæc demum proprie dicta fortitudo est.

II. DEFINITIO. Est verò *Fortitudo mediocritas* (h. e. habitus in mediocritate consistens) *circa metum & confidentiam*, 3. Eth. 9. Vel est virtus moralis, quâ in adeundis & perferendis mortis honestæ periculis rectè nos gerimus. Hinc proprie vir fortis dicitur, qui circa præclaram mortem, circaque ea, quæ mortem adferunt, cum proxima sunt, impavidus est, 3. Eth. 9. Item: qui (ea mala) quæ oportet, & cujus causâ oportet, & ut oportet, sustinet & timet, & simili modo etiam confidit, c. 10.

I. De FORTITUDINE

III. Objectum, quod duplex

1. *Internum*, quod sunt confidentia & metus. Versatur enim illa circa metum & confidentiam, docente Arist. 3. Eth. 9. & 1. M. M. 21.
2. *Externum*, quod sunt *ἡρραλβα, καὶ φοβερά*, ea, quæ fiduciam adferunt & terribilia, 3. Eth. 9. Non tamen circa quæcunque mala & terribilia fortitudo versatur.

Nam non versatur circa illa;

1. Quæ timere ipsa honestas jubet, cujusmodi quid est ignomina, 3. Eth. 9.
2. Quæ nostrâ nobis nõ obtingunt culpâ, qualia sunt paupertas, morbus, &c. cum qui talia non metuat, nequaquam fortis dici mereatur.
3. Quæ supra hominem sunt, seu humanam conditionem excedunt; Si quis enim tonitrua & fulmina non metuat, vel quidvis aliud horrendum, quod supra hominem est, jam non fortis sed furens fuerit, ait Arist. 1. M. M. 21.
4. Quæ alteri sunt terribilia, 3. Eud. 1. Cum ex eo, quod non metuit, quæ ad se non pertinent, nemo dicatur fortis.
5. Quæ timido sunt terribilia l. d. Cum rursus talia non metuens fortis appellari non mereatur: Sed
6. Circa terribilia simpliciter, h. e. circa mortem, utpotè quæ terribilium omnium maximè terribile quid est, & quidem pulcherrimam & honestam, quæque in propinquo esse videtur, ac circa ea, quæ mortem adferunt, 3. Eth. c. 9.

IV. FINIS, qui est τὸ καλὸν s. honestas, 2. Eud. 1. Finis, ait Arist. 3. Eth. 10. uniuscujusque operationis est, qui secundum habitum existit: At viro forti fortitudo ipsa honesta res est: talis ergo erit etiam finis: quippe cum fine singula definiantur honestatisque causâ vir fortis sustineat, atque agat ea, quæ ex ipsa fortitudine sunt.

V. Oppositum quod est

In excessu Audacia, de qua observatur

1. *Definitio*, est verò *Audacia vitium modum in terribilibus confidendo excedens*. Hinc & Audax apud Arist. 3. Eth. 10. vocatur, qui in rebus terribilibus confidendo modum excedit; qui verò planè nihil metuit, timoris expers vocatur.
2. *Objectum*, quod cum objecto fortitudinis coincidit. Circa hæc, inquit Arist. 3. Eth. 10. & timidus & audax, etiam fortis versantur, diverso modo: illi enim excedunt & deficiunt, hic mediocriter se gerit.

In defectu Timiditas, de qua rursus notetur:

1. *Definitio*, est enim *Timiditas vitium in terribilibus confidendo deficiens*. Qui timendo modum excedit, is est timidus; nam quæ non oportet, & sicut non oportet, timet, & reliqua ejusmodi omnia ipsum consequuntur; confidendo etiam deficit, &c. Arist. l. d. Unde & Timidis annumerat eos, 3. Eth. 11. qui, ut vel paupertatem, vel amorem, vel aliud quippiam molesti effugiant, sibi mortem inferunt.
2. *Objectum*, quod rursus cum objecto fortitudinis coincidit, l. d.

II. De

*Exemplum vide apud Arist. 1. 2. de Gelo
 Fabricio, q̄ cū vidit Lythi regis capra laborat
 Medij Lythi, Niceris nota ad Fabriciam
 venit nota, promittitur venas Lythi, se
 visum, si sibi aliqd polliceretur. Eum Fabri-
 cius virtutem redidit, p̄stit ad dominum, dicit
 do, q̄ contra caput ejus Medij p̄poneret.
 Tunc rex admiratū dixit se fortis: ille q̄
 bonis & difficultib; ab honestate quam solâ
 suo avortit p̄. vid. Gell. 1. 3. c. 4.*

TAB. VII.

A

1. *Definitio.* Est verò *Temperantia* mediocritas circa voluptates corporis, ex gustu & tactu quæ percipiuntur, 3. Eth. 13. vel, ut habet lib. de virtutibus & vitiis: Est virtus appetitus concupiscibilis, juxta quam voluptates illicitæ non appetuntur. Sub temperantia continetur frugalitas, quæ rursus in abstinentiam, quæ circa voluptatem ciborum, & sobrietatem, quæ circa voluptatem ex potu oriundam occupata est, dispescitur: Item Castitas, quæ circa voluptates venereas versatur.

Internum, quod est concupiscentia, cibi nimirum, potus & rerum venerearum.

Externum, quod sunt voluptates & dolores, l. i. M. M. c. 22. Non autem versatur I. Circa voluptates animi, cum à talibus nemo dicatur temperans, 3. Eth. 13. II. Circa voluptates corporis quascumque: cum non versetur (1.) circa eas, quæ ad visum pertinent; siquidem nemo ex eo, quod statux vel picturæ intuitu oblectatur, temperans vel intemperans dicitur, l. d. M. M. c. 22. Nec (2.) circa eas, quæ ad auditum pertinent, quia nemo ex eo, quod supra modum cantibus aut fabularum narratione delectatur, intemperans, sicut nec ex eo quod idem, ut oportet, facit, temperans vocatur, 3. Eth. 13. Neque (3.) circa eas, quæ ex olfactu percipiuntur: Siquidem nemo ex eo, quod rosarum aut cibi odore delectatur, temperans vel intemperans appellatur, nisi fortè per accidens, quod odore talium in rerum desideratarum recordationem venire solent intemperantes, l. d. Sed (4.) circa voluptates ex tactu & gustu, & quidem potissimum circa eas, quæ tactu, & quidem ex cibo, potu & Venere percipiuntur l. d. quamvis nec hæc circa omnes, cum à frictione & calefactione nemo temperans vel intemperans dicitur, d. l.

II. De TEMPERANTIA.

2. *Objectum*, quod duplex:

3. *Finis*, qui est honestas. Qui enim ab excessu talium voluptatum abstinuerit, vel metus vel alterius cujusdam rei causâ (quàm honestatis) temperans non est, ait Arist. 1. M. M. 22.

4. *Oppositum*, quod duplex:

In excessu Intemperantia, quæ est vitium modum in voluptatibus corporis esu, potu & re venerea excedens. Sub hac continetur *Voracitas*, quæ circa cibum; *Ebriositas*, quæ circa potum; *Libidinositas*, quæ circa rem veneream versatur.

In defectu stupiditas s. sensus vacuitas; quæ est vitium, quo minus quàm oportet, voluptatibus illis capimur. Et hoc qui præditi sunt, nullibi ferè inveniuntur, 3. Eth. 14.

F

TAB. VIII.

De Liberalitate & Magnificentia:

I. *Definitio.* Est verò *Liberalitas* mediocritas, i. e. (habitus electivus in mediocritate consistens) in erogandis pecuniis parvis aut modicis: Vel est virtus moralis, quâ in largitionibus rectè nos gerimus, s. ut habet Arist. l. de virtutib. & vitiis: Est animi virtus ad erogandum, quæ honestum est, parata. Hinc ut liberalis aliquis sit, requiritur. 1. *Ut det*, 4. Eth. 1. cum non ab accipiendo, sed à dando aliquis liberalis denominetur. 2. *Ut honestatis causâ det*, l. d. 3. *Ut rectè det*, h. e. quibus oportet, quando & quæcunque oportet, reliquisque aliis modis, qui rectam dationem consequuntur, l. d. Unde nihil prohibet, quin liberalior aliquis sit, qui pauciora dederit, si modò etiam opes minores habuerit, l. d. 4. *Ut cum voluptate det*, h. e. sine dolore; cum, quæ cum dolore dat, actionibus honestis pecunias anteponat, quod minimè liberalis est, l. d. 5. *Ut de suis det*, id est, unde oportet, accipiat, ex propriis videlicet possessionibus, l. d. 6. *Ut res suas non negligat*, cum ex ipsis velit aliquibus suppeditare, l. d.

Internum, quod est amor circa pecunias parvas seu mediocres.

II. *Objectum*, quod duplex: *Externum*, quod sunt τὰ ζήματα, s. pecuniæ & quidem modicæ vel parvæ. Pecuniæ autem nomine h. l. veniunt omnia, quorum æstimationem nummus metitur, 4. Eth. 3. i. e. cibus, potus, vestimenta, medicamenta, &c. Unde non tantum is liberalis, qui pauperi nummos; verùm & qui cibum, potum, vestimenta, vel alia, quibus opus habet, erogat, aut etiam arte medicâ, s. aliâ illi subvenit.

III. *Finis*, qui est τὸ καλόν s. honestas. Omnes, ait Arist. 4. Eth. 2. ex virtute actiones & honestæ sunt & honestatis causâ fiunt, & liberalis igitur honestatis causâ dabit. Et paulò inferius: Qui non honestatis, sed aliâ quâpiam causâ dat, liberalis esse non dicetur, sed alius quidam.

De LIBERALITATE.
In specie observetur.

1. *Definitio.* Est verò *Prodigalitas* vitium in erogatione pecuniarum modum excedens. Hinc prodigus ita appellatur, qui ubi non decet, impendit, & plura, quàm decet & cum minimè decet, i. M. M. c. 24.

In Excessu est prodigalitas, de qua notetur.

IV. *Oppositum*, quod

2. *Objectum*, quod rursus cum objecto liberalitatis prorsus coincidit.

In defectu est Avaritia, de qua rursus notetur.

1. *Definitio.* Est verò *Avaritia* vitium, in erogatione pecuniarum deficiens. Hinc & avarus, i. M. M. c. 24. dicitur, qui non impendit, ubi decet, quantum decet & quando decet. Avarus autem prodigo multùm deterior est, quia avarus nemini, imò ne sibi ipsi; prodigus verò contrâ multis prodest, 4. Eth. 3.

2. *Objectum*, quod rursus cum objecto liberalitatis coincidit.

De Magnific



TAB. IIX.

A

I. *Definitio.* Est verò *Magnificentia* mediocritas (h.e. habitus in mediocritate consistens) in erogandis pecuniis magnis. Hinc & *Magnificus*, non qui in parvis aut mediocribus, sed qui in magnis pro dignitate sumptus facit, appellatur, 4. Eth. 4. Requiritur ergò, ut aliquis *Magnificus* sit I. Ut dives sit, & in aliqua dignitate constitutus. 4. Eth. 5. In omnibus, ait ibidem, ad agentem quoque ratio haberi debet, quisnam & ex quibus facultatibus agat: digni enim his sumptus esse debent, & non solum operi, verum etiam facienti decenter accommodati. Atque idcirco pauper nequaquam *Magnificus* esse potest, cum ea non habeat, ex quibus sumptus decenter faciat. II. Ut sumptus magnos rebus quoque magnis, ut decet, impendat, v. g. exstructioni templorum, scholarum & aliis, quæ ad publicum spectant decus: Item rebus privatis, quæ semel fieri consueverunt, ut nuptiis, &c. 4. Eth. c. 5. III. Ut cum voluptate impendat. *Magnificus*, ait Arist. 4. Eth. 4. huiusmodi sumptus faciet cum voluptate & largiter, eò quod nimis exacta ratio parvifici est, considerabitque magis, quomodo pulcherrimum ac decentissimum opus efficiatur.

De Magnificentia,

II. *Objectum*, quod rursus duplex:

Internum, quod est amor circa pecunias magnas.
Externum, quod sunt opes magnæ. Versatur enim *Magnificentia* circa pecunias; non in omnes tamen, ad pecunias quæ spectant, actiones, sicut liberalitas diffunditur, sed in sumptuosas tantum, atque in his liberalitatem magnitudine excellit, ait Arist. 4. Eth. 4. uti ergò apparet, non tantum subjecto, verum etiam objecto Liberalitas & *Magnificentia* distinguuntur.

III. *Finis*, qui honestas. Huiusmodi sumptus (i. e. magnos rebus magnis) ait Arist. 4. Eth. 4. *magnificus honestatis causâ faciet*: Commune enim hoc est virtutibus.

In excessu βαυαυσία
 ἢ ἀπειρηγυαλία Lu-
 xus, de quo notetur

1. *Definitio.* Est verò *Luxus* vitium in magnis faciendis sumptibus modum excedens. Hinc tali qui præditus est vitio, sumptus faciendo plus quam decet, excedit: in parvis enim rebus multa impendit splendoremque absonè affectat, &c. Atque hæc omnia non honestatis, sed ostentandarum divitiarum causâ faciet, ut inde in admirationem sui homines adducat, atque ubi multa oporteat expendere, pauca; ubi pauca, multa expendet, ait Arist. 4. Eth. 6.

IV. *Oppositum*, quod est

In defectu μ-
 ηρηγυαλία sor-
 dities, de qua
 notetur.

2. *Objectum.* Quod coincidit cum objecto *Magnificentia*.

1. *Definitio.* Est verò *Sordities* vitium in magnis sumptibus faciendis deficiens. Tali enim qui præditus, ubi oportet, magnificè non impendit, aut si id facere instituat, id non ut decet, sed parcè nimis facit, 1. M. M. c. 27. & si magnos sumptus fecit, in parvo deficiendo postea honestatem perdit, & quodcunque facit, cunctando facit, spectandoque id, ut quàm minimum expendat, ac conqueritur insuper, ac majora quam decet, se facere omnia existimat, 4. Eth. 6.

2. *Objectum.* Quod rursus cum objecto *Magnificentia* convenit.

Usuratio parvifici
 ἢ

G

TAB. IX

TAB. IX.

De Magnanimitate, Modestia & Mansuetudine.

<p>In specie notari debet</p>	<p>De Magnanimitate</p>	I. <i>Definitio.</i> Est verò <i>Magnanimitas</i> mediocritas circa magnos honores, i. e. virtus moralis, quâ circa honores magnos rectè nos gerimus. Hinc & <i>Magnanimus</i> is est, qui non se ita abjicit, ut minore quàm par sit, honore velit affici, neque rursus majore, quàm deceat, neque omni, 1. M. M. c. 26. Cùm verò honor sit virtutis præmium, bonisque (jure) attribuat, oportet, ut qui reverà sit magnanimus, etiam bonus sit, ut colligit Arist. 4. Eth. c. 7.	
		II. <i>Objectum</i> , quod duplex	<p><i>Internum</i>, quod est amor, concupiscentia & delectatio circa magnos honores.</p> <p><i>Externum</i>, quod est honor magnus. Magnanimitas enim circa honorem magnum versatur, ait Arist. 4. Eth. c. 8. Honor autem magnus non est ille, qui à multis, sed qui ab optimis & rectè de virtute judicare valentibus ob magna & præclara defertur.</p>
		III. <i>Finis</i> , qui est honestas.	<p>1. <i>Definitio.</i> Est verò <i>Elatio</i> vitium, quò qui præditi sunt, magno se honore dignos judicant, cùm tamen indigni sint, 3. Eudem. c. 5. Tales enim elatos vocamus, qui magnis se dignos esse existimant, cùm non sint, l. d.</p> <p>2. <i>Objectum</i>, quod cum objecto Magnanimitatis profus coincidit.</p>
		IV. <i>Oppositum</i> , quod	<p><i>In excessu</i> est <i>Elatio</i> vel <i>superbia</i>, de qua notetur</p> <p><i>In defectu</i>, <i>Pusillanimitas</i>: de qua notetur</p> <p>1. <i>Definitio.</i> Est verò <i>Pusillanimitas</i>, quâ qui præditi sunt, magnis honoribus se indignos judicant, cum tamen maximè digni sint, 3. Eud. 5. Pusillanimitas enim est, qui præclara meritis, iis se indignum judicat, l. d.</p> <p>2. <i>Objectum</i>, quod rursus cum Magnanimitatis objecto convenit.</p>
<p>De Modestia</p>	I. <i>Definitio.</i> Est verò <i>Modestia</i> mediocritas circa honores parvos seu mediocres: s. est virtus moralis, quâ circa honores parvos s. mediocres nos rectè gerimus. Hinc modestus ille est, qui in honoris appetitione, ut oportet, sese gerit, i. e. nec magis quàm oportet, nec minùs quàm oportet, appetit.		
	II. <i>Objectum</i>	<p><i>Internum</i>, quod est appetitio seu concupiscentia honoris parvi s. mediocris. 4. Eth. c. 10.</p> <p><i>Externum</i>, quod est honor parvus seu mediocris.</p>	
	III. <i>Finis</i> , qui est honestas.		
	IV. <i>Oppositum</i> , quod	<p>1. <i>Definitio.</i> Est verò <i>Ambitio</i> vitium, quò qui præditi sunt, magis quàm oportet, & unde non oportet, honorem affectant. Ambitiosum ait Arist. 4. c. 10. vituperamus, quippe & magis quàm oportet, & unde non oportet, honorem affectat.</p> <p>2. <i>Objectum</i>, quod cum objecto modestiæ coincidit.</p> <p>1. <i>Definitio.</i> Est verò <i>αφιλοπυμία</i> vitium, quò qui præditi sunt, ne ob honesta quidè facta, honore affici volunt. Vituperamus, ait Arist. 4. Eth. c. 10. inambitiosum, eò quòd ne ob honesta quidem facta honore affici velit.</p> <p>2. <i>Objectum</i>, quod rursus cum objecto Modestiæ convenit.</p>	

De Man-

TAB. IX.

Virtutibus leniter, clementia et misericordia.

A

1. *Definitio.* Est verò *Mansuetudo* mediocritas circa iram, 4. Eth. c. ii. f. est virtus moralis, quâ in irascendo s. circa iram rectè nos gerimus. Hinc & mansuetus is l. d. appellatur, qui ob quæ oportet & quibus oportet, quomodo, quando, & quousque oportet, irascitur. Mansuetus enim is est, qui affectu non ducitur, sed quemadmodum ipsa ratio statuit, ita & ob id & tamdiu succenset, peccareque potius videtur in defectu: quippe qui non ad ultionem, sed ad veniam dandam promptior sit.

Internum, quæ est ira. Nam est animi affectus.

2. *Objectum, quod duplex* *Externum, quod sunt ea, quæ iram efficiunt, qualia multa sunt. 4. Eth. c. ii. videlicet injuriæ, damna, contumeliæ & omnia alia, quibus vel fama vel bona nostra vel nostrorum lædi posse videntur.*

De Mansuetudine 3. *Finis, qui est honestas.*

Ἐπιείκεια ἀπὸ τοῦ ἐπιεικῆ, ἰσχυροῦς ὁρῶντος.

1. *Definitio.* Est verò *Iracundia* vitium, quò qui præditi sunt, in irascendo modum excedunt, i. e. quibus non oportet, ob quæ non oportet, & magis & citius & diutius quàm oportet, irascuntur. Sub hoc vitio continetur, 1. *Excandescencia*, quâ qui præditi sunt, citò quidem irascuntur, sed tamen citò iterum etiam placantur. 2. *Acerbitas*, quâ qui præditi sunt, non facile quidem irascuntur, iram verò semel conceptam difficulter deponunt. 3. *A-*

ἐπιεικῆς, ἰσχυροῦς ὁρῶντος.

ἰσχυροῦς ὁρῶντος, ἀπὸ τοῦ ἰσχυρῆ, ὁρῶντος.

ἰσχυροῦς ὁρῶντος.

In excessu est Iracundia, de qua notetur

4. *Oppositum quod*

2. *Objectum, quod cum objecto mansuetudinis coincidit.*

In defectu ἀοργησία seu Lentitudo, de qua notetur

1. *Definitio.* Est verò *Lentitudo* vitium, quò qui præditi sunt, & ob quæ oportet, & sicut oportet, quando & quibus oportet, non irascuntur.

2. *Objectum, quod rursus cum objecto Mansuetudinis coincidit.*

TAB. X.

De Virtutibus Homileticis i. e. Comitatus s. Humanitate, Veracitate, & Urbanitate.

In specie notari debet de

Comitate

I. Nomen. Apud Arist. autem quamvis proprium, quo appelletur, nomen non sit, sicut ipse ait, 4. Eth. 12. attamen vocatur Φιλία, Amicitia, 2. Eth. 7. i. M. M. c. 32. & 3, Eud. 7. quia amicitia maximè est similis. Uti enim modestus ac probus amicus probat in altero, quæ probanda, & improbat, quæ improbanda; ita & qui comitate præditus est. Differt tamen ab eo, quòd amicus cum amore alterius facta vel probet, vel improbet; Comis verò sine affectu diligendi tam apud notos, quam ignotos singula, ut oportet, faciat, 4. Eth. 12. Apud Latinos vocatur Comitas, etiam Humanitas, it. Affabilitas.

II. Definitio. Est verò Comitas virtus moralis, quâ in conversatione aliquis & quæ oportet, & sicut oportet, vel admittit, vel improbat, 4. Eth. 12. vel, ut habet h. l. Thomas, est habitus laudabilis, secundum quem aliquis acceptat ea, quæ ab aliis dicuntur vel fiunt, vel etiam despicit vel contradicit, uti oportet. Ut autem hoc præstari queat, cum primis personarum, cum quibus conversatur, rationem habere oportet, quandoquidem aliter cum inferiore, aliter cum peregrino, aliter cum familia conversari decet, 4. Eth. 12.

III. Objectum, quod sunt sermones atque actiones in omnibus vitæ commerciis oblectantes, 2. Eth. c. 7.

IV. Finis, qui est honestas: Comis enim ad honestatem & utilitatem spectat, adeò ut, si vel non honestum fuerit obsequi, minimè sit facturus, 4. Eth. 12.

V. Oppositum, quod
In excessu est adulatio, vel affectatio, de qua notetur
In defectu morositas, de qua notetur

1. Definitio. Est verò Adulatio vitium, quo qui præditi sunt, omnia, quæ alii agunt aut loquuntur, probant, nihil verò prorsus, quamvis malum, improbant. Qui (in omnibus) obsequitur, si nulla alia de causa id facit, quam ut placeat, placidus est (s. assentator:) si ut emolumentum aliquod adipiscatur, atque id vel pecuniis, vel iis rebus, quæ pecuniis comparantur, adulator, ait Arist. l. d.

2. Objectum, quod cum objecto Comitatus coincidit.

1. Definitio. Est verò Morositas vitium, quo qui præditi sunt, omnia, quæ alii dicunt aut agunt, carpunt sive improbant. Qui enim omnia molestè accipit, esse morosum & litigiosum jam diximus, ait Arist. l. d.

2. Objectum, quod rursus cum objecto Comitatus coincidit.

Veracitate

I. Nomen. Apud Arist. autem rursus proprio nomine destituitur, uti habetur, 4. Eth. 13. vocatur interim Αληθεια i. e. veritas, 2. Eth. c. 7. & i. M. M. c. 33.

II. Definitio. Est verò Veracitas virtus moralis, quâ in omni conversatione sensa mentis, verbis, gestibus & actionibus exprimimus. Hinc & verax appellatur, qui vitâ & verbis propterea verum dicit; quia talis est ex habitu, qualis, quoniâ etiam, ubi nihil refert, verum dicit, multò magis, ubi referet, faciet: & ubi turpe est mendaciû, cavebit, quod per se etiâ vitat, 4. Eth. 13.

III. Objectum: quod sunt signa, per quæ alteri sensa mentis sive conceptus nostri innotescere possunt, sive jam sint verba, sive literæ, sive gestus, sive actiones. Nunc, inquit Arist. 4. Eth. 13. de veracibus & mentientibus tam verbis, quam actionibus & fictione dicendum est.

IV. Finis: qui est honestas. Honestum enim est, ea, quæ sunt in voce (quò pertinent etiam alia conceptuum signa) ita usurpare, ut sint notæ passionum, quæ sunt in anima; ad quod ordinata sunt, l. de Interp. c. 1.

A

B

V. Op.

TAB. X.

A

B

1. *Definitio.* Est verò juxta Lombardum l. 3. sentent. dist. 38. *Mendacium* falsa vocis significatio cum intentione fallendi. Per vocem autem h. l. intelligitur omne id, per quod alteri sensa mentis manifestari queunt, utpote vox viva, scriptura, nutus, gestus, actio, adeò ut etiam is mentiatur, qui nutu aut gestu aliud significat, quàm sentit. Cùm verò intentionem fallendi habere non possit, qui aliter rem narrat, quàm est, ubi ignorans facit, inde apparet, aliquem falsum posse dicere, ita tamen ut mendacium non committat: imò fieri potest, ut aliquis vera narret, quæ quidem nescit esse vera, & tamen mentiatur.

In genere est mendacium, de quo notetur

V. Oppositum, quod

2. *Distinctio;* dividitur enim Mendacium in

1. *Officiosum*, quale est, cùm quis aliter loquitur, quàm sentit, ob commodum vel salutem alterius. *Criminosa foris cum urbanitate*
2. *Jocosum*, quale est, cùm quis aliter rem jocando exprimit, quàm sentit. Ubi tamen id, per jocum quod dicitur, falsum esse ab omnibus statim intelligitur, propriè mendacium non est. *cum ad al. mentis qdam nocendi*
3. *Perniciosum*, quale est, cùm quis aliter rem exprimit, quàm est, eò fine, ut noceat alteri. Omne autem mendacium, quoniam per se turpe ac vituperatione dignum, 4. Eth. c. 13. ideò nullam ob causam licet mentiri. Licet tamen aliquando veritatem etiam, juxta Arist. celare, cùm id magnanimo aliquando concedat, 4. Eth. 8.

In specie & quidem in

Excessu, Arrogantia. Est verò *Arrogantia* vitium, quò qui præditus, illustria quædam vel quæ non habet, vel majora quàm habet, fingit ac sibi tribuit, 4. Eth. c. 13.
Defectu, Dissimulatio. Est verò *Dissimulatio* vitium, quò qui præditi sunt, quæ sibi adesse sciunt, vel negant vel minuant, l. d.

I. *Definitio.* Est verò *Urbanitas* virtus moralis, quæ honestos jocos & proferre & audire rectè possumus. Est autem Urbani & dexeri hominis talia dicere & audire, qualia probè atque ingenue conveniunt, Arist. 4. Eth. 14.

II. *Objectum*, quò sunt joci. Ab eo enim quòd aliquis decenter jocos proferat aut audit, *urbanus* appellatur. *ipso jocandi cupiditas et objectum intantum.*

Urbanitate

III. *Finis*, qui est *honestas*. *Honestum enim est*, quando requies in vita est, honesto jocandi genere se invicem oblectare.

IV. *Oppositum*, quòd in

Excessu est *Scurrilitas*. Est verò *Scurrilitas* vitium, quò qui præditi sunt, medium in jocando excedunt, tantumque risum movere student.
Defectu est *Rusticitas*. Est autem *Rusticitas* vitium, quò qui præditi sunt, neque ipsi aliquid ridiculi dicunt, neque alios dicentes æquo animo patientur, 4. Eth. 14.

TAB. XI.

In specie notari debet de Justitia

I. Homonymia, s. diversa acceptio. Accipitur a. Justitia

- 1. Pro universa virtute morali, s. complexu omnium virtutum moralium, prout ad alios referuntur. 5. Eth. 3. Et hæc justitia appellatur ab Aristotel. 1. *integræ seu totæ*, 5. Eth. 3. quia ex reliquis virtutibus tanquam partibus constat. 2. *perfecta*, quia perfectæ virtutis usus est, & qui eam habet, non solum secum, sed cum altero etiam virtute uti potest, l. d. Ab aliis vocatur *justitia universalis*, quia in materia virtutum omnium versatur: item *Legalis*, quia efficiendo ea, quæ sunt bona & apta communitati, est conformis legibus, ut quæ præscribere solent, quæ sunt communitati bona & conducibilia. Solâ autem ratione à reliquis virtutibus differt, l. d.
- 2. Pro virtute à reliquis distincta, quâ unicuique suum tribuitur. Et hæc acceptio hujus loci est, vocaturque ab Aristotele 5. Eth. 5. *justitia particularis*.

II. *Definitio*. Est verò *justitia particularis* virtus Moralis, secundum quam aliquis distribuendo & commutando s. *compensando* suum cuique tribuit: vel, ut colligitur ex 5. Eth. 9. est virtus, quæ versatur circa id, quod justum est, tam in distributione, quàm commutatione & omnibus, in quibus injuria alicui fieri potest, ita ut nec plus sibi aut alii, nec alteri minus tribuat, quàm par est. Ita enim ibi Aristoteles: Justitia est, quâ justus dicitur justus operator ex electione ac distributor tam sibi ad alterum, quàm alteri ad alterum: non ita ut expendarum rerum majorem partem sibi, minorem alteri exhibeat, damnosarum è contrario: sed æquum ex proportionem distribuatur, & alteri ad alterum simili modo.

III. Species, quæ sunt

1. Justitia distributiva: de qua notetur

- 1. *Definitio*. Est verò *justitia distributiva* virtus moralis, secundum quam bona vel onera communia distribuuntur inter eos, qui communitatis ejusdem sunt participes, ita ut unicuique nec plus nec minus, quàm par est, tribuatur. Ita enim Arist. 5. Eth. 5. *Justitiæ particularis jurisque* ejus, quod ad ipsam attinet, una species est, quæ in distributionibus aut honoris aut pecuniarum aut cæterarum rerum consistit, quæ dividi in eos possunt, qui ejusdem civitatis participes sunt: in his enim evenit, ut alteri vel iniquam vel æquam habere portionem queat.
- 2. *Objectum*, quod sunt bona communia, vel onera communia inter eos, qui ejusdem communitatis sunt participes, distribuenda, vel distributiones bonorum & onerum communium.
- 3. *Medium*. Observatur autem in justitia distributiva medium *juxta proportionem geometricam*, cum uti se persona ad personam, aut meritum unius ad meritum alterius se habet; ita & res, quæ uni cedit, aut onus, quod uni imponitur, se habere debet ad rem, quæ alteri cedit, aut onus, quod alteri imponitur.

2. Justitia commutativa, de qua notetur

- 1. *Definitio*. Est verò *justitia commutativa* virtus moralis, secundum quam res quæcunque, ad humanum usum spectantes, ita commutantur s. *compensantur*, ut non uni plus, alteri minus relinquatur; s. ut habet Arist. 5. Eth. c. 5. est (virtus) quæ in contractibus s. commerciis hominum emendandis versatur.
- 2. *Objectum*, quod sunt commutationes s. *compensationes* rerum quarumcunque, quæ ad humanum usum spectant, quas Arist. 5. Eth. c. 5. uno nomine *συναλλάγματα* s. *contractus* appellat. Inter commutationes a. illas, ut ibi habet Arist. *aliæ sunt voluntariæ* scilicet utrinque, tum ex parte ejus, qui accipit ab alio quippiam; tum ex parte ejus, à quo accipitur, cujusmodi sunt 1. *Emptio*, cum nimirum datur pro re pecunia. 2. *Venditio*, cum datur res pro pecunia. 3. *Mutuum*, cum conceditur gratis usus rei non fructificantis cum debito reddendi eandem specie, non numero. 4. *Commodatum*, cum conceditur usus rei non fructificantis cum debito reddendi eandem numero. 5. *Ususfructus*, cum quis concedit gratis fructificantis rei usum cum debito eandem rem reddendi. 6. *Fidejussio*, cum quis simpliciter se obligat ad satisfaciendum pro altero. 7. *Depositum*, cum conceditur res, ut conservetur & postea reddatur. 8. *Locatio & conductio*, cum conceditur pro pretio usus rei, cum debito eam reddendi, &c. aliæ sunt *involuntariæ* ex parte sc. altera, nimirum ejus, à quo aliquid accipitur, licet ex parte ejus, qui accipit, voluntariæ sint; cujusmodi sunt adulterium, furtum, rapinæ, &c. quæ quidem commutationes non ita objectum justitiæ commutativæ sunt, ac si ad eas justitia moveat, sicut ad eas, quæ prioris sunt generis, siquidem injustæ sunt & medium non admittunt: sed ita ut eas emendet s. *compenset* & ad æqualitatem redigat.

3. Me-

B₃. *Mediam*. Observatur autem in Iustitia Commutativa medium *juxta proportionem Arithmetica*, quod fit, cum precium rei, & poena delicto & contra æquatur, ad quod cum primis conducit pecunia, Eth. 8. *Jus ait Arist.* 5. Eth. 7. quod in commerciis est quidem æquum quoddam & injuria iniquum, nō tamen illa constat proportione geometrica, sed Arithmetica: nihil enim refert, probus ne vit malū, an malus probū suo privarit, neq; probus an improbus adulteriū commiserit, sed ad solā nocumenti differentiā lex spectat: perindeque personis utitur ac si æquales sint, si ille injuriā afficiat, hic afficiatur, hic lædat, ille lædatur. Æquitas autem illa Arithmetica non metienda est ex naturis naturalibusq; accidentibus rerum, quæ si spectentur, minutissimæ res animatæ inanimatis v. g. mus pane, pediculus gemmâ pretiosiores sunt: sed æstimatione hominum, cujus qui regula est hominum indigentia. 5. Eth. 8. cum quanto magis vel minus homines rei aliquis indigeant, tantō majoris vel minoris æstimare soleant. Unde porrō sponte suā sequitur, æqualitatem justitiæ *juxta proportionem Arithmetica* non esse absolutē & simpliciter *τὸ ἀντιπεπρωμένον* i. e. retaliationem, ut Pythagorici dicebant, teste Arist. 5. Eth. c. 8. Nam *retaliatio ista non habet locum*, i. in commutationibus rerum voluntariis, cum justum non sit v. g. ut pro modio tritici reddatur res similis secundum magnitudinem, v. g. modius avenæ, aut pro cultro s. annulo acus: *hoc* 2. in inflictione poenarum; cum si quis Magistratū gerentē percussa ferit, non solū iterū sit percutiendus, sed insuper supplicio afficiendus, 5. Eth. 8.

I. *Homonymia*, s. diversa acceptio

1. Accipitur autem *prout opponitur* justitiæ universali, quomodo omnia vitia moralia, prout ad alios referuntur, complectitur. Neque, ait Arist. 5. Eth. 3. hæc justitia (universalis) pars virtutis, sed tota virtus est: neque huic opposita injustitia pars vitii, sed totum vitium est. Vocatur aliās injustitia universalis ac juxta eam etiam intemperans injustus est. 2. prout opponitur just. particulari s. ut est distinctum à reliquis vitium, quo violatur æqualitas unius ad alterum, quam tuetur particularis justitia, & hæc acceptio hujus loci potissimum est.

IV. *Oppositum*, quod est injustitia: de qua notetur

II. *Definitio*

Est verò *Injust. Particularis*, vitium morale, secundum quod aliquis in distributionibus æqualitatem unius ad alterum violat, i. e. alteri plus, alteri minus tribuit, quàm par est. *Injustitia*, ait Arist. 5. Eth. 9. est, quā injusti operator & distributor unusquisque dicitur: id autem excessus & defectus est vel utilis rei vel damnosæ præter proportionem: atque idcirco injusta excessus & defectus est, quia exuperationis & defectiois est. Ut verò aliquis injustus sit, requiritur. 1. Ut erga alium agat, cum erga se nemo propriè justus, ita nec propriè injustus sit. 2. Ut injustè agat h. e. sciens volens & ex electione per se injusta agat, 3. Ut contra voluntatem alterius agat.

III. *Species*, quæ sunt

1. *Injustitia Distributiva*, quæ est vitium, secundum quod bona vel onera communia non æqualiter inter eos, qui communitatis alicujus sunt participes, distribuuntur. Hoc autem fit, cum violatur medium juxta proportionem Geometricam. Objectum ejus idem cum objecto justitiæ distributiæ.

2. *Injustitia Commutativa*, quæ est vitium, secundum quod in commutationibus s. compensationibus æqualitas (juxta proportionem Arithmetica) violatur. Objectum ejus cum objecto justitiæ commutativæ coincidit.

Hæc vitium commutativæ Agatur non.

in nullo quod illud sit jura q. de bono re. 2.

I. OVID SIT
f. Definitio

Est verò jus nihil aliud, quam norma s. regula boni & justi. Appellatur aliàs Lex, quæ juxta Aristotelem 10. Eth. ult. est oratio ex prudentia quadam & mente profecta, vim cogendi habens.

I. De Jure

I. *Simpliciter tale & Politicum*, quod nimirum locum habet inter pares s. æquales, quatenus æquales sunt, 5. Eth. 10.
Secundum quid, s. secundum similitudinem tale, quod nimirum locum habet inter eos, qui nec æquales sunt, nec simpliciter diversi sunt. Et huc pertinet 1. *Herile*, s. id, quod intercedit inter Dominum & servum. 2. *Paternum*, quod intercedit inter parentes & liberos. 3. *Oeconomicum*, quod nimirum intercedit inter Maritum & Uxorem, 5. Eth. 10.

II. DISTINCTIONES.
Est verò jus aliud

II. *NATURALE*. Est autem jus Naturale, quod ubique eandem vim habet & non quia ita videtur, vel non videtur, 5. Eth. 10. s. ut habet Valentia. 2. disp. 7. q. 1. est naturale rationis nostræ iudicium s. dictamen, quo per lumen nobis ab æterna lege impressum & inditum evidenter cognoscimus ea esse faciendâ, quæ ita sunt recta & naturæ nostræ consentaneâ, ut ea negligere sit deforme & naturæ repugnans; & contrâ ea esse vitanda, quæ facere turpe sit, & naturæ rationali minimè congruum. Hujusmodi jura s. dictamina sunt: Bonum est faciendum: Malum est fugiendum: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Inter præcepta autem juris naturalis alia sunt affirmativa, quæ jubent bonum, quale est: Proximo in periculo mortis subveniendum: Pauperi dandum aliquid est: contra quæ si peccatur, peccatum omissionis vocatur: alia sunt Negativa, quæ prohibent malum, qualia sunt: Non occidas proximum: non furtum facias, &c. Contra quæ si peccatur, peccatum commissionis vocatur, quod cæteris paribus, peccato omissionis est gravius. Subjectum juris Naturalis est tantum homo, non verò quodvis animal; cum bruta, utpotè rationis expertia, positis omnibus ad agendum requisitis non possint nõ agere, s. ad unum oppositorum in agendo naturâ sint determinata. Neq; obstat, quòd bos cornupeta hominem interficiens lapidari jubeatur Exod. 21. cum hoc ipso tantum magnitudo illius criminis, quòd Homicidium vocatur, denotetur. Obligat autem jus Naturale omnes omninò homines cujuscunq; sint status & conditionis ab eo, quòd usus rationis se exserere incipit. Et quidem negativa ejus præcepta semper obligant, ita nimè, ut nunquã contra ea facere liceat; affirmativa verò tum demum ad faciendum obligant, cum occasio adest. Immutabile autem prorsus est, non quidem ita, ac si non possit violari: cum contrarium experientiã abundè notum sit; sed sic, ut non possit abrogari aut in eo dispensari, cum nec ipse Deus facere queat, ut homo non sit obligatus ad idem, secundum easdem conditiones, juxta quas eum Lex naturalis antea obligabat: manente eodem objecto & iisdem circumstantiis non potest fieri aut cõcedi auctoritate divina, ut id ab homine citra peccatum aliter vel contrâ tractetur, quam Lex Naturæ exigit. Potest tamen Deus objectum aut aliquid circa illud mutare, quo mutato absque trãsgressione homo facere potest, aut omittere, quod absque eo si faceret aut omitteret, omnino peccaret. Sic v.g. qui jubente Deo, ut qui propter peccatum quemvis interficere jure potest, aliquem interficeret, aut eodem jubente, alteri aliquid auferret, nec homicidiũ nec furtum committeret, quod tamen absque jussu ipsius si faceret, sine peccato fieri non posset.

III. *LEGITIMUM*. Est verò jus Legitimum, (vocatur aliàs Lex Humana Positiva, item Civilis) quod ab initio, utrum hoc an illo modo fiat, nihil refert, ubi verò constitutum est, refert, 5. Eth. 10. Ita juris legitimi est Septem ad testamentum testes esse adhibendos. Obligat autem jus Legitimum omnes, qui auctoritati humanæ, per quam conditur, subjecti sunt, postquam promulgatum ita est, ut in notitiam illius pervenerint aut pervenire potuerint. Mutabile verò est, cum cessante ratione, ob quam latum, mutari queat. Sicut autem legis positivæ obligatio simpliciter potest abrogari; ita manente eodem objecto & iisdem circumstantiis aliquis ab illius obligatione per dispensationem potest eximi à legislatore; si dispensatio illa bono communi utilis visa fuerit, quod si quis initio à legislatore, ut humana lege non teneatur, privilegium vocatur.

Porrò notari debet

TAB. XII.

II. De

A

II. De Equitate. Quid sit, s. Definitio.

Emendatio
jur legitimum hic in, intelligitur

Est vero Equitas juxta Arist. 5. Eth. c. 14. Correctio legis justa in ea parte, quâ propter Universalitatē deficit. Quando inquit Arist. l. d. lex Universaliter quid dixerit & præter universale postea aliquid cōtigerit, rectè se habet, si quâ parte legislator deficit, absoluteq; ac simpliciter loquedo peccavit, corrigatur defectus: id quod Legislator etiam ipse, si adesset, dixisset: & si scivisset, ita præscribentem legem instituisset. Estq; ea boni & æqui natura, quâ parte deficit ob universalitatem, emendatio sit. Admittit autem æquitatem *Lex natura*. Lex enim v. g. *natura est*: Depositu est reddendum; & tamen si quis gladium apud aliquem deposuerit, illumq; furore cum est correptus repetat, ut tunc non reddat, æquum est. 2. *Lex divina* positiva. Lex enim v. g. *divina positiva erat*, quâ jubebatur Israëlita ab operibus, laborum rem crassum requirentibus, sabbatho abstinere; & tamen, ubi bos in preum delapsus, aut proximi salus crassum ejusmodi laborem illo die exigeret, sine legis violatione talibus uti poterant, ipso salvatore probante Matth. 12. 11. Similiter juxta legem Dei positivam vesci non licebat Laico panibus propositionis, à quorum tamen est David, cum esuriret, absque transgressione illius non abstinuit. 3. *Lex positiva humana*, Lex enim v. g. *positiva humana est*, septem ad testamentum testes esse adhibendos; & tamen si fortasse tempore pestis alicubi, ubi plures haberi non potuissent, tres tantum adhibiti essent, procul dubio, non obstante istâ lege justum reputabitur. Non autem æquitas ad solam benignitatem, sed ad rigorem quoque & severitatem pertinet. Uti n, ob diversitatem circumstantiarum Lex eâ parte, quâ requiritur benignitas, deficere potest; ita & eandem ob causam eâ parte, quâ rigor requiritur, deficere potest.

Oppositum

In Excessu est superstitiosa Legum observatio sius strictim, quando quis sectatur legis rigorem, tanta etiam obstinacia ut contra ipsius principis videatur esse mentem, unde tribu: Summum jus, summa sæpe injuria. Tale vitium fuit in septa.

In Defectu est vitiosa s. fraudulenta juris scripti interpretatio e. g. prohibet Lex: Ne adulter instituat filium suum heredem. Si tunc ille alteri hereditatem cedat, ideo ut is eam deinde det filio adulteri, talis servat verba non mentem legis.

TAB. XIII.

De Virtutibus Intellectualibus notetur

- In genere*
- I. *Definitio.* Sunt verò virtutes intellectuales habitus ^{acquiruntur in prima specie intellectus} *mentis, quibus ipsa affirmando aut negando verum enunciat, 6. Eth. c. 3.*
 - II. *Numerus.* Sunt verò virtutes intellectuales numero quinq., videlicet, intelligentia, Scientia, Sapientia, Prudentia, & Ars. 1. d.
 - III. *Subiectum,* quod est facultas animæ per essentiam rationalis, quæ uno nomine vocantur aliàs intellectus. Hujus verò rursus duæ statuuntur partes, quæ cognoscimus ea, quæ aliter se habere nequeunt; altera, quæ cognoscimus ea, quæ possunt aliter se habere, 6. Eth. c. 2.
- In specie*
- I. De Intellectu
 1. *Definitio.* Est verò intellectus habitus mentis, quo principia cognoscimus. Inter principia autem alia sunt *Theoretica*, inter quæ omnium primum est: Impossibile est idem simul esse & non esse, 4. Met. c. 3. & 4. alia *Practica*, inter quæ communissima & certissima: Bonum est faciendum: Malum est fugiendum.
 2. *Definitio.* Est verò intellectus habitus mentis, quo principia cognoscimus. Inter principia autem alia sunt *Theoretica*, inter quæ omnium primum est: Impossibile est idem simul esse & non esse, 4. Met. c. 3. & 4. alia *Practica*, inter quæ communissima & certissima: Bonum est faciendum: Malum est fugiendum.
 - II. De Scientia
 1. *Definitio.* Est verò scientia habitus mentis, quo de re necessaria affectio per causam demonstratur.
 2. *Definitio.* Est verò scientia habitus mentis, quo de re necessaria affectio per causam demonstratur.
 3. *Objectum,* quod non est res necessaria quælibet, cum principia demonstrari nequeant, sed res necessaria demonstrabilis.
 - III. De Sapientia
 1. *Definitio.* Est verò sapientia habitus mentis, ex scientia & intelligentia constans, s. ut habet Arist. 6. Eth. c. 7. est rerum naturâ præstantissimarum scientia & intellectus. Sapientem igitur non solum ea, quæ ex principis sunt, cognoscere, sed etiam circa principia ipsa verum dicere, oportet.
 2. *Definitio.* Est verò sapientia habitus mentis, ex scientia & intelligentia constans, s. ut habet Arist. 6. Eth. c. 7. est rerum naturâ præstantissimarum scientia & intellectus. Sapientem igitur non solum ea, quæ ex principis sunt, cognoscere, sed etiam circa principia ipsa verum dicere, oportet.
 3. *Conditiones* s. proprietates sapientie, quæ, ut Arist. 1. Met. c. 2. habet, sunt
 1. Sapiens scit maximè omnia, quoad fieri potest. 2. Difficilia cognoscit. 3. Habet accuratiorem rerum scientiam. 4. Causas magis docendo tradere potest. 5. Sapientia sui sciendique causâ expetitur. 6. Sapientia est scientia principalissima, aliisque præest potius quàm subest.
 - IV. De Prudentia
 1. *Definitio.* Est verò prudentia habitus mentis cum recta ratione activus, circa ea, quæ homini bona & mala sunt, 3. Eth. 5. *Acquiritur* autem Prudentia potissimum (1.) *Experientia*, quæ de similibus aut dissimilibus casibus, similiter aut dissimiliter judicare docet. Et hinc Arist. 6. Eth. 9. accersit causam, cur juvenes vix possint esse prudentes. Causa est, inquit, ea, quod particularium est prudentia, quæ experientiam nobis innotescunt, juvenis autem expertus non est: experientiam enim afferet temporis longitudo. (2.) *Doctrinâ* seniorum & prudentum, quæ supplere potest experientiam. Corruptur v. s. amittitur partim per oblivionem, partim per pravos affectus, quibus tollitur rectitudo appetitus, & per consequens Prudentia.
 2. *Definitio.* Est verò prudentia habitus mentis cum recta ratione activus, circa ea, quæ homini bona & mala sunt, 3. Eth. 5. *Acquiritur* autem Prudentia potissimum (1.) *Experientia*, quæ de similibus aut dissimilibus casibus, similiter aut dissimiliter judicare docet. Et hinc Arist. 6. Eth. 9. accersit causam, cur juvenes vix possint esse prudentes. Causa est, inquit, ea, quod particularium est prudentia, quæ experientiam nobis innotescunt, juvenis autem expertus non est: experientiam enim afferet temporis longitudo. (2.) *Doctrinâ* seniorum & prudentum, quæ supplere potest experientiam. Corruptur v. s. amittitur partim per oblivionem, partim per pravos affectus, quibus tollitur rectitudo appetitus, & per consequens Prudentia.
 3. *Objectum,* quod sunt agenda, h. e. quæ rationem honesti vel inhonesti habent s. actiones morales, à quibus aliquis moraliter bonus vel malus nominatur.

TAB. XIII.

Vocatur a sololaphi manu sua qua...

A B

1. *Subjectiva*, ad eum modum quo species partes subjectivæ generis dicuntur. Et hujusmodi sunt

1. *Prudentia particularis*, quæ versatur circa bonum particulare operantis proprium. Et hæc communi nomine prudentia vocari solet, sicut Aristoteles docet 6. Eth. 8. inquit: Prudentia ea esse maximè videtur, quæ circa seipsum & unam aliquis utitur. Atque hæc communi nomine prudentia appellatur.
2. *Prudentia Politica*, quæ versatur circa commune bonum; & hanc rursus Arist. dispescit in *Legislatricem*, secundum quam Leges conduntur, & tota Respub. ordinatur: & *Politicam*, secundum quam Resp. juxta leges administratur. Hujus autem rursus alia est *Consultativa*, secundum quam de mediis ad commune bonum promovendum facientibus deliberatur: alia *Judiciaria*, secundum quam jus dicitur.

4. *Partes*, secundum similitudinem ita dictæ, inter quas aliæ sunt

2. *Integrales*, sine quibus nimirum perfectus usus prudentiæ non est. Et hujusmodi sunt 1. *Memoria*, quæ est cognitio præteritorum. 2. *Intelligentia*, quæ est cognitio præsentium. 3. *Docilitas*, quæ est cognitio per alterius doctrinam. 4. *Solertia*, quæ est cognitio per propriam inventionem, benè conjectando, s. bona & celeris conjectatio. 5. *Ratio*, quæ est cognitio per illationem unius ex alio. 6. *Providentia*, quæ est ordinatio aptorum mediolorum ad finem. 7. *Circumspectio*, quæ est accurata circumstantiarum consideratio. 8. *Cautio*, quæ est provisio quædam adversus mala contraria, quæ bonis obstare possunt consiliis.

3. *Potentiales*, quæ subserviunt Prudentiæ, & hujusmodi sunt

1. *Ευελεία*, cujus actus est rectè consultare, i. e. dispicere de idoneis & honestis mediis, quibus ad finem bonum eveniri potest, 6. Eth. 10.
2. *Σύνοσις*, s. sagacitas, cujus actus est rectè percipere ea, quæ præcipit prudentia & rectè de iis secundum leges judicare.
3. *γνώμη* s. equitas, cujus actus est rectè judicare præter communes Leges, s. ubi leges deficiunt ordinariæ.

1. *Definitio*. Est verò *ars habitus mentis cum recta ratione effectivus*, 6. Eth. 4.

a. *Objectum*, quod sunt efficienda, quæ ex solis causis naturalibus nunquam fiunt, & in se spectata rationem honesti & inhonesti non habent: ac idcirco etiam per se artificem nec moraliter bonum nec moraliter malum denominant. Sic v. g. ab effectione boni & aptissimi calcei sutor per se bonus nullus dicitur moraliter, cum & pessimus nequam optimè possit efficere calceum, nec ab eo, quod quis contra Grammaticam peccat, moraliter vocatur malus, cum & optimo id contingere possit.

V. De Arte

3. *Distinctio*. Inter artes aliæ 1. sunt *Liberales*, ut Grammatica, Rhetorica; aliæ *Illiberales*, ut ars Sutoria, Sartoria. 2. aliæ sunt *habitus principales*, ut equestris, aliæ *instrumentales*, ut frœnefactoria.

4. *Oppositum*, quod est ἀρχία seu inertia. Est verò ἀρχία habitus cum ratione falsa effectivus circa id, quod aliter atq. aliter esse potest, 6. Eth. 4.

TAB. IV.

I. De Vir-
tute He-
roica

I. *Nomen.* Appellatur autem virtus hæc 1. *Heroica*, 7. Eth. c. 1. cum eâ qui sunt præditis Heroës appellari consueverint. Apellantur autem Heroës, qui ad virtutis fastigi-um conscenderunt, ad quod rarò mortalium aliquis pervenit. 2. *divina*, l. d. non quòd in Deum cadat ulla virtus, cum omni virtute Deus sit præstantior, ac non vir-tute probus, 2. M. M. c. 5. sed quòd supra hominem est, ob eamque homo divinus appellatur, 7. Eth. 1.

II. *Definitio.* Est verò virtus Heroica nihil aliud, quàm tanta in unaquaq; virtute ex-cellentia, quâ supra conditionem humanam elevatur.

III. *Objectum.* Quod est idem cum objecto aliarum virtutum; unde & objecto quia proprio destituitur, virtus à reliquis distincta esse nequit. Sive enim quis fortitudi-ne, sive temperantiâ, sive mansuetudine, &c. ita excellat, ut conditionem humanam superare seu excedere videatur, virtus Heroica appellatur.

1. *Nomen.* Vocatur autem *feritas*, non quòd vitium illud aut ullum aliud in bestias cadat, cum contrarium Arist. 7. Eth. 1. doceat, sed quia tali qui præditus est, humanam naturam exuisse videtur. Cum, inquit Arist. 2. M. M. c. 5. aliquem profus improbum videremus, solemus dicere, cum ne hominem quidem esse, sed bestiam feram, sicut & vitium ipsum feritatem.

IV. *Oppositum,*
quod est *feri-
tas*, de qua no-
tetur

2. *Definitio.* Est verò *Feritas* nihil aliud, quàm tantus in unoquoq; vi-tio excessus, ut bestie potius, quàm homini convenire videatur. Est, inquit Arist. 2. M. M. c. 5. Feritas quoddam vitium exsuperans. Et rursus: quemadmodum feritas supra hominem est seu hominem excedit, ita & ei opposita virtus.

3. *Objectum,* quod est idem cum objecto aliorum vitiorum; Unde & objecto proprio quia destituitur, distinctum à reliquis vitium esse nequit: Sive enim quis supra modum intemperans, sive supra modum timidus, sive supra modum audax aut avarus, aut injustus fuerit, ferinus appellari poterit.

Post vir-
tutes ipsas
porrò no-
tetur

I. *Quid sint s. definitio.* Sunt verò Semivirtutes nihil aliud, quàm dispositiones ad virtutem laudabiles.

II. *Numerus.* Tot autem constitui possunt Semivirtutes, quot dantur virtutes ipsæ, ita ut una correspondeat Fortitudini, al-tera Temperantiæ, tertia Liberalitati, quarta Magnificentiæ, quinta Magnanimitati, sexta Modestiæ, septima Mansuetudi-ni, octava Comitati, nona Urbanitati, decima Veracitati, un-decima Justitiæ.

i. In genere

III. *Objectum,* quod idem est cum objecto ipsarum virtutum, Dispositio enim ad fortitudinem, idem cum fortitudine, dis-positio ad temperantiam, idem cum temperantia objectum habet, & sic in reliquis.

1. *Definitio.* Sunt verò semivitia nihil aliud, quàm dispositiones ad ipsa vitia vitupe-rabiles.

II. De Se-
mivirtu-
tibus
*quod sunt se-
mivitia, de
quibus note-
tur*

IV. *Oppositum.*
quod sunt se-
mivitia, de
quibus note-
tur

2. *Numerus.* Tot autem rursus constitui possunt semivitia, quod sunt ipsa vitia, ita ut aliud sit dispositio ad audaciam, a-liud dispositio ad intemperantiam, & sic deinceps.

3. *Objectum,* quod idem cum objecto vitio-rum est. Dispositio enim ad audaciam, idem cum audacia, dispositio ad intem-perantiam, idem cum intemperantia ha-bet objectum, & sic deinceps.

A

B

A B

I. *Æquivocatio*, accipitur autem continentia

1. Pro tali dispositione, laudabili, qua quis absolute continens vocatur.
2. Pro tali dispositione laudabili, qua quis non absolute, sed secundum quid scilicet cum adjectione continens vocatur, v. g. continens iræ, pecuniæ, &c.

II. *Definitio*: Est verò *Continentia* (absolute ita dicta) nihil aliud quam dispositio ad temperantiam, scilicet est virtus imperfecta, quæ qui præditi sunt, in illis voluptatibus ex tactu quæ percipiuntur, laudabiliter, invitum quidem & non sine dolore, se gerunt.

I. De *Continentia*

III. *Objectum*. Habet autem idem continentia objectum tam internum, quam externum cum ipsa temperantia, à qua tantum differt gradu seu perfectione; cum ipsa temperantia virtus sit, continentia verò tantum dispositio ad virtutem. Unde etiam est, quod temperans cum voluptate magna & constanter rectè sese circa voluptates gerit, continens verò ægrè & non ira constanter.

2. In specie

IV. *Oppositum*, quod in defectu nomine caret, in excessu verò vocatur *incontinentia*, de qua notetur

1. *Æquivocatio*. Accipitur autem incontinentia i. pro dispositione vituperabili, à qua quis non absolute, sed secundum quid & cum adjectione incontinens appellatur, v. g. incontinens iræ, pecuniæ, honoris, 7. Eth. 6. 2. pro dispositione vituperabili, à qua quis absolute & sine adjectione incontinens vocatur.

2. *Definitio* Est verò *Incontinentia* (absolute ita dicta) nihil aliud, quam dispositio ad intemperantiam, scilicet est dispositio vituperabilis, quæ qui præditi sunt, circa voluptates ex cibo, potu & re venerea, quæ percipiuntur, minus quidem rectè, at cupiditate victi, se gerunt.

3. *Objectum*. Habet autem incontinentia objectum tam internum quam externum prorsus idem cum intemperantia, 7. Eth. 6. à qua etiam non nisi gradu differt, cum intemperantia sit vitium & habitus, incontinentia verò non nisi dispositio ad vitium & habitum; unde incontinens facilius curatur, quam intemperans.

II. De *Tolerantia*

I. *Definitio*. Est verò *Tolerantia*, dispositio laudabilis seu virtus imperfecta, quæ res laboriosas & dolores ex absentia voluptatum ortos, ægrè tamen & cum dolore honestatis gratiâ perferimus. Vocatur ab alijs obtrivis, participatione, quæ sustinentur, quoniam alij non videntur posse sustinere.

II. *Oppositum*, quod in excessu nomine caret, in defectu verò vocatur *Molities*, quæ est dispositio vituperabilis, quæ circa res laboriosas, & dolores minus rectè nos gerimus.

I. Equivocatio. Accipitur autem vox Amicitia 1. pro virtute homiletica, quæ dicitur Affabilitas s. Comitas, uti sumitur 1. M. M. c. 32. 2. pro mutua inter aliquos benevolentia, ut h. l.

II. Definitio. Est verò Amicitia nihil aliud, quàm mutua inter aliquos benevolentia manifesta s. non latens ob bonum aliquod amabile, 8. Eth. 2. *Hinc non est amicitia* 1. inter bruta, utpote inter quæ non est benevolentia, quamvis amor sit. Nec 2. amicitia est inter hominem & rem inanimatam, v. g. vinum, 8. Eth. 2. quia ibi non est benevolentia mutua. Nec 3. inter hominem & animal brutum v. g. canem, equum aut bovem, 8. Eth. 13. eandem ob causam. Nec 4. inter hominem & hominem, quorum unus amat alterum, alter verò non redamat; quia ibi rursus non est benevolentia mutua. Nec 5. inter duos amore mutuo se invicem prosequentes, si de amore mutuo non constiterit; quia ibi non est benevolentia mutua manifesta.

Post semi-virtutes norari porro debet de Amicitia

1. Honestæ, quæ nihil aliud est, quàm mutua inter aliquos benevolentia non latens ob ipsam virtutem s. ex virtute nata. Et hanc Arist. appellat (1.) primò & principaliter amicitiam, cum ea sit bonorum, quatenus boni sunt, 8. Eth. 5. (2.) perfectam, 8. Eth. 4. Ubi ait: Bonorum verò & eorum, qui in virtute sunt similes, amicitia perfecta demùm est: hi enim mutuò sibi bona similiter volunt, quatenus sunt boni? boni autem sunt per se: at qui amicis bona volunt ipsorum causâ, maximè amici sunt: quippe cum per sese ita habeant & non ex accidenti. (3.) stabilem i. permanentem l. d. quia virtus stabilis res est.

Hæc divisio est mediata et per se in obiecto.

I. alia

2. Jucunda, quæ nihil aliud est, quàm mutua benevolentia inter aliquos manifesta, ex bono jucundo pronata. Et hæc cum primis locum habet inter juvenes, ut qui ex affectu adhuc vitam traducunt, & maximè, quod sibi jucundum quodq; præsens est, sectantur, 8. Eth. 13. Admodum autem instabilis est, quia & illud, ob quod existit, bonum, facillè mutatur, & citò transit. Dissolutò autem eò, ob quod amici erant, amicitia ipsa dissolvitur, utpote quæ propter illud erat, ait Arist. 8. Eth. c. 3. v. g. amicitia nata ex faciei pulchritudine esse definit ubi ipsa perit.

III. Distinctiones. Est autem Amicitia

3. Utilis, quæ nihil aliud est, quàm mutua benevolentia inter aliquos non latens propter commoda, mutuò sibi quæ præstant, nata. Et hæc rursus admodum est instabilis: Cessante enim utilitate & ipsa cessat. Qui ob utilitatem sunt amici, unà cum utilitate dissolvuntur, nam non sui mutuò erant amici, sed utilitatis, ait Arist. 8. Eth. 5.

1. In aequalitate s. inter equales quæ nihil aliud est, quàm mutua inter aliquos, qui pares sunt, benevolentia non latens, ob bonum amabile aliquod, quodcunque etiam fuerit. Et inter quos talis est, inter illos par amor aliaque paria esse debent, 8. Eth. c. 15.

II. alia

2. In inaequalitate s. inter inaequales, quæ etiam secundùm excellentiam aut supereminentiam amicitia vocatur, 8. Eth. c. 8. & 15. Estque

nihil aliud, quàm mutua inter aliquos, qui impares sunt, benevolentia, ob bonum aliquod amabile, quodcunque etiam fuerit. Requirit autem hæc amicitia non prorsus paria, ut prior; sed ut inferior superiori præter amorem etiam observantiam exhibeat. Talis amicitia est inter patrem & filium, inter virum & uxorem, inter seniore & juniorem, inter principem & subditum, 8. Eth. c. 8.

III. alia

A

B

I. *Consanguinea*, 8. Eth. 14. quæ nihil est aliud, quàm mutua benevolentia inter aliquos cognatione inter se devinctos, non latens ob bonum aliquod amabile. Et huiusmodi I. *Est inter parentes & liberos*, quorum societas figuram regni habet, 8. Eth. 12. cum pater liberis ad modum Regis imperet, 1. Pol. 12. Uti enim (1.) pater unus est, penes quem in societate paterna summa est potestas in liberos, quæ patria potestas aliàs vocatur, ac naturâ ipsi competit, 8. Eth. 13. ita & in regno penes unum summa sit potestas. Ut (2.) pater liberorum commodum præcipuè quærit, 8. Eth. 12. ita & Rex omnes suos actus & omnia consilia ad suorum subditorum salutem dirigat, 1. d. c. 13. Uti (3.) Pater in domo est persona excellentior, ita & regnum naturâ præ reliquis excellere oportet, 1. Pol. 12. Stabilis autem ac bona est hæc amicitia, utpote quæ naturalis est, 8. Eth. c. ult. cum parentibus liberi ei tribuunt, quæ debentur iis, qui genuerunt, parentesque ea, quæ liberis exhiberi debent, 8. Eth. 8. Debent autem (1.) Parentes *liberis amorem*. Et quidem liberos amare debent tanquam aliquid sui, 8. Eth. 14. cum quamdiu tantuli & non separati (hoc est, propriam familiam non constituerint) quasi partes parentum sint, ut habet Aristoteles 5. Eth. 10. aut tanquam seipfos: ex illis enim qui oriuntur, sunt quasi alteri ipsi, dum separati sunt, 8. Eth. 14. interim, tamen matres, utpote quæ majori cum labore liberos acquirunt, 9. Ethic. 7. & 7. Eudem. c. 8. majoremque de illis certitudinem habent, 8. Eth. 14. & 9. Eth. 7. magis adhuc amare solent liberos, quàm patres. Debent (2.) *illis victum & curam educationis*, 8. Eth. 13. Rursus etiam liberi parentibus debent (1.) *amorem*. Ita enim eos ament, tanquam ex illis quippiam sint, & à quibus maxima accepere beneficia, quippe cum in causa sint, ut & sint, & enutriti atque educati fuerint, posteaquam in lucem venerunt, 8. Eth. 14. (2.) *etiam alimenta*, ubi opus fuerit. Parentibus, ait Aristoteles 9. Eth. 2. alimenta, præcipuè suppeditanda esse videntur, utpote cum debeamus, cumq; illis, quæ in causa sint, ut simus, honestiùs sit, quàm nobis ipsis in his opem ferre. (3.) *Honorem*. Parentibus enim honor exhibendus est, quemadmodum Diis: non omnibus tamen parentibus neque idem patri & matri, sed patri paternus (id est, major) matri maternus (id est, minor) ait Aristoteles 9. Eth. 2. (4.) *Obsequium*. Et quidem si in re de se indifferenti, patri & matri contrarij prorsus præcipientibus simul morem gerere non valuerint, patris potiùs jussis obsequendum. II. *inter virum & uxorem*, quorum in domo imperium Aristocratia simile esse videtur, 8. Eth. 12. III. *inter fratres*, quorum societas Politia figuram exhibet, 8. Eth. 12.

II. *Non Consanguinea*, quæ nihil est aliud, quàm mutua inter aliquos; nullâ sanguinis propinquitate junctos, sive pares sint s, impares; benevolentia non latens ob bonum aliquod amabile. *et. g. inter Regem et subditum, inter Maritum et uxorem et.*

F I N I S.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the paper's texture and fading.

B
A

F I N I S







170436

ULB Halle 3
005 140 188



nicht verbunden

VD 17





D. BALTHASARIS
CELLARII

Tabellæ

ETHICÆ,
Olim in gratiam audito-
rum suorum conscriptæ,

Nunc verò

In usum studiosæ juven-
tutis typis excusæ;



JENÆ,

Impensis BLASII LOBENSTEINS, Bibliopol. Jenens.
Excudebat JOHANNES NISIUS.

ANNO
M DC LIX.

